
HARVARD
COLLEGE
LIBRARY.



De Aristarcho

Lexici Apolloniani fonte.

Commentatio, qvam venia

Amplissimi Philosophorum Ordinis
Academiae Alexandreae

in audit. hist. philol. d. 24 m. Januarii a. MDCCCLXXXIII.
h. a. m. s.

publice defendet

Carolus Forsman.

Helsingforsiae.
Ex officina J. C. Frenckelii et Filii.
1883.

„In nullo librorum genere saepius excerpendis describendisqve aliorum libris operam dederunt homines, qvam in lexicis concinnandis. Ex commentariis enim ad singulos scriptores explanandos compositis ex parte confecta sunt. — — Jam vero qvum orta essent lexica, alii rebus in meliorem ordinem digerendis, alii additamentis suis, — — alii alia ratione prodesse cupientes, priorum opera iterum iterumqve vulgarunt."

C. F. Ranke
(de lex. Hes. origine.).

Prooemium.

De lexicorum graecorum originibus nondum qvaeri desitum est, cum de omnibus sententiam certam, qvae omnibus probetur, viri docti nondum pronuntiarint. Lexicon Hesychianum qvod attinet, de illo qvidem bene actum est, postqvam C. F. Rankius in „Commentatione de Lexici Hesychiani vera origine et genuina forma“ (Lipsiae et Qvedlingb. 1831) uberrima doctrina summoqve ingenio omnia, qvae huc pertinent, subtiliter et diligenter tractavit et illustravit; et M. Schmidtius novam ejusdem lexici editionem notis illustratam curavit. Neqve aliorum lexicographorum nonnulli virorum doctorum laboribus destituti sunt; itaqve Apionem Lehrsius (Qvaestiones Epicae), Heliodorum Ritschelius (Opusc. I, 116 sqq. cf. etiam „de Oro et Orione“ ibid.) illustrarunt, studia eorum exposuerunt. Sed librum, qvo pari modo de Apollonii lexico Homerico edoceamur, qvomodo vel qvibus e fontibus hoc ortum sit, qvam habuerit genuinam ac primam formam, qvae ejus fuerit condicio antiqvior, nullum adhuc habemus; de his rebus, qvod eqvidem sciam, parum egerunt antiqvitatis indagatores.

Postqvam *Montefalconius* unum, qvi superest, hujusce lexici codicem, Coislinianum illum, qvi dicitur, descripsit largumqve ejus specimen protulit (Villois. Proleg. ad lex. Apoll. p. XXXII sq.), exeunte saeculo proximo *C. d'Ansse de Villoison* lexicon simul cum versione latina et notis typis excudendum curavit Lutet. Paris 1773; in prolegomenis largis et disertis omnes deinceps recenset scriptores et qvi Apollonium laudarunt et qvos Apollonius laudat. Et comperimus sane multos et varios fuisse lexici fontes; sed, id qvod maximum est, qvomodo qvoqve usus sit Apollonius, qvaeve ratio

singulos inter et lexicon intercedat et qvae alia supra jam dixi, de his parum aut nihil edocemur. Sed ne injuste qvid contra Villoisonem agam, concedendum est, eum cum in sin. gulis rebus, qvae philologo scitu sunt utilia, multa praestitisse, tum locis plurimis lectiones lexici corruptas emendasse. Eadem via, qvi deinde lexicon Apollonii edidit, Lugd. Bat. 1778 *Herm. Tollius*, progressus, explicando et emendando Apollonio multum profuit. Atqve hic judicat Apollonium, Apionis magistrum, Augusto imperante illum qvidem lexicon homericum composuisse, hoc tamen postea ab imperitis compilatoribus addendo, contrahendo, interpolando supra qvam dici possit corruptum esse. Tertius deniqve *Im. Bekkerus*, codice ab integro recensito, lexicon edidit (Berolini 1839).

Eqvidem mihi proposui, ut pro modulo virium hunc studiorum campum qvalitercunqve collustrem. Neqve vero omnia, qvae huc pertinent, tractabo; intra fines angustiores me continens, id tantum agam, ut qvomodo Apollonius Aristarcho usus sit fonte, qvae ab illo sumpserit, suone judicio usus sit, an auctori suo obnoxius fuerit, et qvae alia ejusmodi sunt, demonstrem. Itaqve vestigia Aristarchi per lexicon obvia persecuturus, spero fore ut condicio ac forma lexici nostri, qvalis fuerit antiqvissima, appareat, neqve minus ut imagini Aristarchi grammatici et interpretis, a Lehrsio adumbratae, nova addam nonnulla, qvibus illius ingenium et studia illustrentur. Itaqve hic libellus specimen erit lexici Homerici Aristarchi, qvale Bernhardium respicere puto his verbis: „Jetzt bleibt nur übrig, aus dem in Hauptpunkten übereinstimmenden Nachlass der alten Lexica, dem Apollonius und weniger dem Hesychius, welche beide durch die Hand der Epitomatoren gewandert sind, dann aus dem Etymologicum Magnum und zerstreuten Resten“ (in den Scholien, Bekkeri Anecd. etc) „den Stamm eines Homerischen Glossars zusammenzulesen.“ (Grundr. d. Gr. Lit. Gesch. II, 2 Abth. 211).

Dicat qvispiam, Apollonio emendando qvi operam dederit, eum nobis magis consulturum esse qvam fontium ejus indagatorem. At qvum unus tantum extet lexici codex (Coislinianus vel Sangermanensis ille saeculo X:mo scriptus,

cujus condicionem Vill. descripsit Prolegg. XXXV) neqve, qvod sciam, alii codices adhuc reperti sint, qvibuscum hic comparari possit, recensionem libri perpetuam ac legibus certis nixam institui nullam posse, qvivis intelligit. Dimittenda igitur mihi qvidem est ejusmodi recensio, de qva F. A. Wolfius (Prolegg. ad Hom. p. I sq.) bene: „justa autem, inqvit, recensio, bonorum instrumentorum omnium stipata praesidio, ubiqve veram manum scriptoris rimatur; scripturae cujusqve, non modo suspectae, testes ordine interrogat, et qvam omnes annuunt, non nisi gravissimis de causis loco movet: alia per se scriptore dignissima — — non nisi suffragatione testium recipit; haud raro adeo, cogentibus illis, pro venustis infert minus venusta; emplastris solutis ulcera nudat; deniqve non monstrata solum, ut mali medici, sed et latentia vitia curat." — — — et „ut ingenium, sicut par est, membranaceis thesauris longe praeferas, plurimum tamen interest ipsius ingenii, qvam plurimos codices comparari etc." Neqve tamen, ubi vitia et maculae manifestae lexicon deformabant et verborum sensum paene obscurabant, facere potui, qvin etiam in textu emendando obiter versarer, praesertim cum in hoc labore fructum ceperim haud contemnendum e scholiis Homericis et Etym. M., qvorum ope locos corruptos saepe mihi visus sum emendavisse. Qvodsi tamen minora qvam speravi praestitero, solacium mihi afferent praeclara illa ejusdem Wolfii: „qvi optimis subsidiis vel minime instructus, scriptorem nobis emendatiorem reddit, sive ingenio suo, sive paucorum librorum usu; qvamvis vix triginta naevos sustulerit, centum relinqvat, eum tamen nemo de bonis litteris bene mereri neget."

Qvae de Apollonii lexicographi vita et studiis tradita sunt, admodum pauca et jejuna, Suidae *) fere omnia debemus auctori, qvi haec habet: 'Απολλώνιος, 'Αρχεβούλου ἢ 'Αρχεβίου,**) ἔγραψε περὶ λέξεων 'Ομηρικῶν κατὰ στοιχεῖον. Hunc vero Apollonium eundem esse atqve Apollonium illum Sophistam, qvod nomen titulus lexico nostro praefixus exhibet ('Απολλωνίου Σοφιστοῦ), vel ex eo apparet, qvod, qvaę hodie in lexico legitur, explicatio vocis ἄλεισον eadem fere est atqve illa, cujus Et. M. auctorem laudat Apollonium Archibii filium. Qvod vero explicationum Et. M. vocum νήφω et αἰζηός prior hodie in lexico nostro nusqvam legitur, altera cum lexici explicatione parum conspirat, de hoc Villoiso monet: „fortasse haec (νήφω) non ex ejus lexico — — — sed ex alio ejus opere deperdito deprompta sunt.“ Qvod mihi tamen probari non potest. Immo puto ex his tantum apparere, qvam mutilata et contracta lexici condicio hodierna sit, id qvod etiam infra demonstraturi sumus (vid. Caput III). Qvod vero ad Sophistae cognomentum attinet, qvad Cod. Ms. primus exhibet Apollonio attributum, hoc fortasse non ab aeqvalibus, sed a posterioribus honoris causa ob studiorum genus inditum. Confer titulum, qvem Timaeus lexico suo Platonico praemisit „Τιμαίου Σοφιστοῦ ἐκ τῶν τοῦ Πλάτωνος λέξεων“ (Ranke Hes. lex. p. 138).

Qvodsi Apollonius Sophista idem est atqve Apoll. Archibii filius, dubitari non potest, qvin titulo Codicis ms. „Λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον τῆς τε 'Ιλιάδος καὶ 'Οδυσσείας“ idem opus significetur atqve illud qvod Suidas memorat (v. supra). Hunc autem titulum λέξεις 'Ομηρικαὶ κατὰ στοιχεῖον usitatiorem fuisse qvam alterum, etiam ex Hesychii verbis in epistola nuncupatoria ad Eulogium conjici potest: Πολλοὶ μὲν κ.

*) Suidas s. vv. Απίων, 'Αρχίβιος 'Απολλωνίου, 'Απολ. 'Αρχιβίου, Μετά.
**) De patris nomine v. Vill. proleg III sq.

ἄλλοι τῶν παλαιῶν τὰς κατὰ στοιχεῖον συντεθείκασι λέξεις — — — — ἀλλ' οἱ μὲν τὰς 'Ομηρικάς, ὡς 'Αππίων καὶ 'Απολλώνιος ὁ τοῦ 'Αρχιβίου — — —. Itaqve etiam scholiasta Apollonii Rhodii I, 1089 Apollonium allegat ἐν ταῖς λέξεσι. Cf. etiam lexici τριχάϊκες cum scholio Pseudodid. τ 177, ubi „explicatio l. λέξις Apollonio tributa cum ea mire consonat qvae in nostro lexico legitur.“ (Vill.)

Ad aetatem Apollonii constituendam maximi momenti est — id qvod etiam Villois. et alii animadverterunt — qvod teste Suida (s. 'Απίων) Apollonii Archibii filii discipulus fuit Apion ὁ Μόχθος, Didymi θρεπτός. Itaqve cum, eodem teste, Apionem sub Tiberio et Claudio Romae docuisse constet, Apollonius praeceptor ejus aetate paulo superior ponendus est. Atqve probabile est Augusto imperante hunc floruisse atqve ejusdem fere aetatis vel paullo minorem natu fuisse qvam Didymum et Aristonicum, qvi temporibus fuerunt Octaviani Augusti, Antonii, Ciceronis (Sengebusch diss. Hom. I p. 34. De Didymo v. M. Schmidt Did. Chalc. fragm. Lips. 1854). — Villoiso suspicatur Apollonium fuisse Alexandrinum aut saltem Alexandriae vixisse; qvod vero opinatur eum „scholam Didymi, qvi tunc maxima laude floreret, freqentando exornavisse,“ ad hanc opinionem confirmandam ex ipso lexico qvidem nulla fere argumenta afferri possunt. Nam praeterqvam qvod Didymus in lexico nusqvam laudatur, vocabula ea, qvae qvomodo a Didymo explicata sint novimus, prorsus diverso modo ab Apollonio nostra explicantur, ita ut Didymum ignorare videatur: ut ἄφλαστον cf. Schmidt. Did. fragm p. 181; κατηφόνες cf Did. fragm. p. 178; περισκέπτῳ cf. schol. ξ 6 Buttm. Tantummodo sub ἀνέγναμψαν lexici brevis glossa ex eodem fonte manavisse videtur atqve Didymi copiosior ejusdem rei expositio; v. op. cit. p. 185, 6.

In praefatione ad Hesych. Ruhnkenius observasse se ait Apollonium grammaticos tantum se superiores et vetustissimos allegare; qvo usus argumento Apollonium negat Apionis aeqvalem et coaevum nedum magistrum fuisse posse; „non enim eum discipuli explicationes laudare posse, qvi Aristarchi, Heliodori, aliorum vetustissimorum grammatico-

Aristophanes praeceptor ejus λέξεις vel γλῶσσας intitulatum condidit, (fragmm. apud Nauck. pp. 69—235. Sengeb. diss. I, 52 sq.) hic numqam edidit, sed vocum et locorum explicationes ubiqve inter annotationes criticas sparsae legebantur; vocabulis enim ad usum Homericum examinandis de singulis locis, essentne falsi an genuini et ab ipso poeta profecti, judicabat. „Ex Aristarchi scriptis alii postea ejus λέξεις excerpserunt inqve sua glossaria transtulerunt, unde fit, ut apud Apollonium Sophistam et Hesychium multae occurrant Aristarcheae λέξεις „(Sengeb. I, 54). Item Wolfius judicare videtur:“ — — per se vero non est absimile propriam Aristarchi fuisse collectionem glossarum Homericarum.“ Ejusmodi glossarum collectione Apollonium multis locis usum esse, qvo diutius in lexico ejus legendo versatus sum, eo magis mihi persuasi. Id ex ipsa lexici facie apparet, qvod multis locis speciem prae se fert congeriei glossarum, qvae, nullo sententiarum nexu conjunctae, laxe tantum saepeqve inscite inter se conglutinatae sunt. — Magna pars libri Lehrsiani de Aristarcho Homeri interprete est (pp. 35—162), ubi docemur, cum in hoc genere, dico vocum interpretatione, ab illo superioribus nihil fere praestitum fuisset, eum novam munivisse viam ad poetam recte intellegendum et cognoscendum; docemur, ex qvot et qvantis erroribus Homeri interpretatio Aristarcho fuerit exsolvenda; nam qvaecunqve antea in hoc genere tentassent glossographi, rhetores, sophistae, ea maxima parte falsa vel levia et futilia fuisse (Lehrs. Ar. et Sengeb. I, 53). Tanta igitur sollertia ingeniiqve acumine et elegantia A. novam condidit artem Homeri interpretandi, ut facile omnibus antecelleret et philologiae vere princeps per saecula existimaretur et „incredibile sit dictu, qvanta ejus olim auctoritas fuerit non solum apud homines ejusdem professionis, sed apud eruditos omnes et graecos et latinos“. *)

*) Verba sunt Wolfii. Qvi tamen nimiam illam auctoritatem et caecam superstitiosamqve, qva A. colebatur, reverentiam reprehendens, laudes ejus finibus angustioribus circumscribit. (p. 227 sq.). Cf. G. Bernhardy Gr. Lit. Gesch. II. Erst. Abth. 192. Halle 1877.

Qvamvis Aristarcho defuncto pleriqve ejus discipuli in poeta explicando pergerent et magistri placita explanarent hujus tamen opera qvasi fontes diu mansere, unde omnis reconditior doctrina haurienda erat. Qvare cum Apollonius Archibii filius circa CL annis post Aristarchi mortem lexicon conditurus esset Homericum, facere non potuit, qvin eundem doctrinae fontem adiret. Qvem consulere debuit nisi eum, qvi in hoc genere studiorum et optima et plurima praestitisset?

Aristarchus igitur fons est primus et praecipuus, unde Apollonius et optima et plurima sua sumpsit. Et qvamqvam locis vix sexaginta nomine addito testem eum citat, haec tamen minima pars est eorum, qvae, qvamvis nomine omisso, ex scriptis ejus sumpta, in lexico leguntur. Qvod vero plurima Aristarchea sine auctoris nomine in lexico traduntur, de hac re alius alio modo judicarit. Necesse enim est alterum de duobus esse, ut aut nomen Aristarchi, primo adscriptum, postea e lexico, epitomatoris manum experto, omissum sit, aut illius sententiae ne primo qvidem usqvam cum auctoris nomine allatae sint, sive lexicographus, cum plurima fere ab eodem Aristarcho accepisset, ubiqve nomen ejus adjicere supervacaneum duceret, sive non ex Aristarchi auctoritate ejus explicationes afferret, sed aliis, recentioribus usus fontibus, Aristarchea se transscribere ignoraret.

Aristarchi doctrinam qvamvis nomine omisso saepissime ab Apollonio exprimi, facile demonstrari potest, si cum lexici articulis ea conferuntur scholia, qvibus Aristarchi explicationes continentur. Ipsius enim libris perditis, omnia doctrinae ejus fragmenta e scholiis aliisqve grammaticorum, qvae supersunt, operibus laboriose colligenda sunt, ex his ubiqve dispersis imago grammatici restituenda. Ac plurima ejus doctrinae vestigia eademqve integerrima scholia Veneta (A.) ad Iliadem servant, de qvibus optime agit *Th. Beccardus* („De Scholiis In Hom. Iliad. Venetis A. „Berol. 1850). Demonstrat hic horum scholiorum veterrimam *) partem a

*) Hoc scholiorum Venetorum fundamentum e qvattuor virorum scriptis jam paullo post Herodiani aetatem conflatum esse Lehrs judicat.

scholiasta qvodam profectam esse, „qvem, cum integrum in Iliadem commentarium scripserit, constat ex qvattuor grammaticorum, Aristonici, Didymi, Nicanoris, Herodiani, scriptis optima collegisse, collecta digessisse; neqve hoc scholiastae opus ex illis qvattuorvirorum scriptis concinnatum ad nos pervenisse integrum.“ Qvi enim his usus fundamentis scholia Veneta condiderit, eum alia contraxisse, circumcidisse, alia multa e scriptis Apoll. Dyscoli, Herodiani, Porphyrii congesta addidisse. Itaqve sive Beccardo fides habenda est, qvi unum epitomatorem,*) a scholiasta diversum, in hoc campo grassantem et vagantem inducit, sive plures fuisse epitomatores malis, facile tibi persuadebitur, in scholiis doctrinae Aristarcheae qvasi fragmenta tantum extare, imaginem vero ejus absolutam et integram oculis nostris minime subjici.

Maxime tamen nostra refert Aristonici librum περὶ Ἀριστάρχου σημείων Ὁμήρου his scholiis servatum esse; nam alii qvattuor viri (excepto solo Didymo, qvi in libris περὶ τῆς Ἀρισταρχείου διορθώσεως utriusqve Aristarcheae editionis inter se conferebat lectiones, additis multarum aliarum editionum lectionibus variis **), qvum non ex Aristarchi penderent auctoritate, sed libere suoqve judicio rem agerent, obiter tantum et occasione data ad ejus libros provocabant ejusqve opinionum mentionem faciebant; sed Aristonicus ***) in libro de notis „suam qvasi exuit personam, id unum totumqve agens, ut qvas Aristarchus notas versibus Homericis apposuerat, eas indicaret easqve ita illustraret, ut causas argumentaqve Aristarchi observationesqve, qvibus stabiliendis illae notae inservirent, congereret.“ (Lehrs.) Item Beccardus judicat: „Qvum diplen aut asteriscum versui adjectam

*) „Th. Beccard — — — in errores incidit varios, qvorum gravissimus hic est, qvod juxta scholiastam, qvi scriptiones qvattuor — — in unum corpus redegerit, epitomatorem introduxit unum scholiorum, qvem excerpendo decurtasse ait opus scholiastae. Fuerunt multi epitomatores, non unus; nec ratione et via certa progressi sunt illi, sed libidini suae et negligentiae indulgentes sunt grassati, omittentes alius alia.“ M. Sengeb. I, 41.

**) V. Lehrs. Ar. pp. 16, 17, 18.

***) V. Suidas s. Ἀριστόνικος. Lehrs Ar. p. 6 sqq.

esse indicasset, ex ejusdem Aristarchi commentariis causas atqve rationes critici signi addidit. Plerumqve enim jam ipse Aristarchus causas qvibus ductus notam criticam versibus adjecisset, in commentariis uberius exposuerat." *) (p 12). Ergo cum Aristonicum signa critica explicantem constet Aristarchi verba laudare, ea est inter hunc et illum ratio, ut, Aristarchi jamdudum libris deperditis, hic qvid in Homerico interpretando praestiterit nisi ex Aristonico vix jam aliunde cognoscere liceat.

Jam vero scholia, ex illo, qvem diximus, Aristonici libro profecta et qvi his respondent lexici nostri loci si inter se conferuntur, plerumqve cognatione qvadam inter se contineri cognoscuntur, ita ut iisdem fere verbis uterqve sciptor utatur; et si qvando verbis inter se differant, tamen, qvod ad ipsam rem attinet, plerumqve consentiant. Qvod, ni fallor, intellegi non potest, ni sumamus utrumqve eosdem adiisse fontes, id est Apollonium ex ejusdem Aristarchi scriptis, atqve Aristonicum, vocum Homericarum sumpsisse explicationes. Neqve tamen ubiqve interpretationes Aristonici et Apollonii et re et verbis inter se convenire posse facile credas, cum, id qvod jam monui, memineris, Aristarchi doctrinam, qvalem et scholia et lexicon exhibent, ab epitomatoribus variis modis excerptam, deflexam, corruptam ad nos pervenisse.

Aristonici autem verba ab Apollonio laudari, ubi hic Aristarchea placita sine auctoris nomine affert, ideo non est verisimile, qvod illum nusqvam nomine qvidem citat. Qvamqvam si tempus solum spectes, qvo uterqve vixit, hoc fieri poterat, aeqvales enim fuere Aristonicus et Apollonius. Strabo I 2: 'Αριστόνικος — — ὁ καθ' ἡμᾶς γραμματικός — —. Ergo cum Strabonem Tiberio imperante floruisse constet (Beccard O. C. p. 11), Aristonicum Strabonis aeqvalem coaevum fere fuisse Apollonio, qvi temporibus Augusti et Tiberii vixit, apparet. Sed qvo tempore Apollonius lexicon suum composuit, Aristonici opus nondum cognitum ac fortasse ne publici qvidem juris factum esse suspicor.

*) Conferri jubet sch. K 398 τῶν παρακειμένων ὀβελῶν οὐκ ἔστιν αἰτίαν εὑρεῖν διὰ τῶν 'Αρισταρχείων ὑπομνημάτων.

Primum igitur *fontem* Apollonii statuo Aristarchi *Commentarios* fuisse. Qvas igitur hujus observationes qvam potest integerrimas tradit, etiamsi nomen ejus omisit, has ex illis sumpsit. — Neqve enim jam Apollonii tempore Aristarchi commentarii, qvamvis rariores facti, omnino perierant; nam si Didymo et Aristonico *) eis uti licuit, Apollonius qvoqve, qvi his fere aequalis fuit, eosdem fontes adire potuit, ac multos horum commentariorum suis oculis inspexisse putandus est. Qvin eorum (ὑπομνήματος) mentionem facit bis (s. vv. ἐμπλήγδην et ἰονθάδος, v. cap. I.). — Aristarchi autem dissertationes (συγγράμματα) haud scio an Apollonio fuerint ignotae. Qvum enim sub v. μέγα B 111 habeat: „Ζεύς με μέγα Κρονίδης" ἐπὶ τοῦ μεγάλως, in eundem scholae Aristarcheae errorem atqve Aristonicus aliiqve incidisse videtur, qvo ducti cum Aristarchum aliqvot locis μέγα per μεγάλως reddidisse viderent, etiam hic illum μέγα, Zenodotum autem μέγας scripsisse putabant. Attamen Didymus, errore remoto, docuit Aristarchum in qvibusdam tantum commentariis iisdemqve minus elaboratis et ad scholarum tantum usum destinatis lectionem defendisse μέγα, postea vero, correcta lectione, in commentariis diligenter exaratis atqve dissertatione adversus Philetam conscripta lectionem μέγας commendavisse (v. Lehrs Ar. St. p. 17 sqq.). Unde colligi poterit nostrum ne omnes qvidem commentarios, nedum dissertationes A:i cognovisse. **)

*) Immo Herodiano. v. infra.

**) Occasione data facere non possum, qvin, qvam Sengebuschius habeat singularem opinionem de Aristarchi atqve Aristonici operibus Homericis eorumqve inter se ratione, verbo adnotem. Scholio enim ad Z 4 emendando invenisse sibi videtur commentarios priorem tantum respexisse editionem, dissertationes posteriorem; Aristonicum autem posterioris solius editionis signa explicavisse, earumqve notationum, qvas in priore fecerat, in posteriore omiserat Aristarchus, rationem habuisse nullam. (Hom. diss. I, 27. 28. 34.). „Aristarchi ὑπομνήματα in collectionem scriptionum illarum qvattuor propterea non recepta esse apparet, qvod ad priorem tantum editionem erant adaptata." (p. 38). Si haec ita sint, si igitur e dissertationibus potissimum sua sumpserit Aristonicus, tunc vix explicari possit, cur tantopere inter se conveniant lexici nostri articuli et scholia Aristonicea; ni forte putemus etiam Apollonium dissertationibus maxime niti.

Neqve tamen credo Apollonium omnes Aristarcheas explicationes ex ipsis Aristarchi libris sumpsisse. Etiamsi voluisset, non potuisset. Ejus enim aetate commentarii Aristarchi jam rariores facti erant neqve omnium manibus terebantur. Hoc jam e ratione operis Aristonicei colligi poterit. Nam si etiam tunc temporis hi commentarii ita freqventes fuissent, ut eos sibi qvivis parare posset, supervacaneum sane opus Aristonicus suscepisset. Qvid enim opus erat eum signorum criticorum rationes causasqve afferre, qvae ex Aristarchi scriptis jam satis notae essent? Immo vero puto Aristonicum operose laborioseqve e multorum multis neqve solum ex Aristarchi commentariis hujus explicationes collegisse, undiqve excerpsisse. Saepe inter discipulos contentio erat, utra duarum pluriumve lectionum fuisset Aristarchi, utra ejus explicatio; ac variae et saepe inter se discrepantes in commentariis discipulorum ejus ferebantur explicationes et sententiae. Luculentum praebet exemplum hujusmodi inscitiae vel erroris Lehrs (Ar. 63) sch. Δ 117 de ἀβλῆτα, qvo in explicando Aristonicus magistri observationem mutavit. Simile qviddam ad αἰγίοχος (cap. III) observavimus. —

Ipse sua manu Aristarchus commentarios scripsisse negari qvidem non potest. *) Qvorum **) duo fuerunt genera, unum „minus elaboratorum," discipulorum in usum destinatorum, alterum „perfunctorie elaboratorum" (τὰ ἠκριβωμένα, τὰ ἐξητασμένα ὑπομ. (Lehrs Ar. 22). Hi vero jam labente tempore in dies rariores erant facti, ***) praesertim

*) Suidas: λέγεται γράψαι ὑπὲρ ω' βιβλία ὑπομνημάτων μόνων.

**) praeter τὰ κατ' Ἀριστοφάνην ὑπομνήματα.

***) Cf. Beccard o. c. p. 69: „dubium esse potest, utrum ille (Herodianus) ipsam Aristarchi recensionem inspexerit, an ejus lectiones ex scriptis petiverit Aristarcheorum. Etenim — — inveniuntur, unde eam ab Herodiano non inspectam possis putare. Saepe enim in ejus adnotationibus Aristarchearum lectionum testes laudatos esse legimus, qvos non citatos esse arbitreris, si ipsam ille habuerit recensionem Aristarchi. (B 662 ὁ Ἀσκαλωνίτης φησι κ. τ. λ.) — — — Tamen cum summa apud grammaticos fuisset Aristarchi auctoritas, ipsam ejus recensionem jam He

cum discipuli, in poeta explicando occupati iidemqve doctrinam magistri a se adauctam et locupletatam in suam rem convertentes, ipsum paullatim in oblivionem adducerent. Ut enim libri qvales fuere Ammonii περὶ τῆς ἐπεκδοθείσης, Tryphonis περὶ τῆς ἀρχαίας ἀναγνώσεως, Didymi opus cit. all. id effecerunt, ut veteres illae et superiores Zenodoti, Aristophanis, Aristarchi editiones, qvippe qvas non jam disiderarent homines, paullatim oblivione obrutae perirent; ita cum longa series novorum commentariorum orta esset, Aristarchi commentariis facile carebant et hi qvoqve paullatim oblitterati perierunt. Diutius fortasse mansere ii commentarii, „qvi non ab ipso magistro scripti, sed ad ejus scholas ab discipulis consignati erant.“ Sed hi plerumqve nullam integram genuinamve magistri doctrinae imaginem referebant. Qvare non est mirum, si jam Aristonici et Apollonii temporibus, qvid Aristarchus de singulis locis et vocibus explicandis sensisset, multi ignorabant, doctissimus qvisqve studiose perqvirebat *).

Neqve Apollonio, cum qvid Aristarcho de singulis locis et vocibus interpretandis placuisset, exploraret, alia fuit via ingredienda atqve Aristonico. Omnes ei adeundi erant fontes illius doctrinae, nec solum si qvi etiam tum extabant Aristarchi commentarii, sed etiam si qvi Aristarcheorum magistri exhibebant sententias.

Qvodsi jam per se consentaneum est non solum ex ipsis Aristarchi operibus, sed etiam ex recentioribus fontibus illius doctrinam in lexicon promanavisse, hoc manifestum fit, hujus articulis diligentius examinatis et inter se comparatis. Hi enim ambitu et specie multum inter se differunt: nam Aristarchi observationes modo disertis verbis elaboratas exhibent, modo tam contractas et exiles aut deflexas mutatasqve, vix ut vestigia auctoris conspicua sint; modo eadem

rodiano fuisse incognitam Beccard negat. Sed Nicanorem negat ipsam eandem recensionem inspexisse, conjicitqve eum, ut Aristarchi cognosceret lectiones, Didymi usum esse libro περὶ τῆς ᾿Αρ. διορθ., nam esse ubi dicat N. οὕτως δὲ ᾿Αρίσταρχ. ἔγραφεν — — ὡς Δίδυμος μαρτυρεῖ (p. 68).

*) Cf. Lehrs Ar. 13. 22 sq.

glossa binis recensionibus et binis qvasi formis, altera longiore, altera manca et exigua, induta prodit. Qvae qvamqvam plerumqve tam prope ad Aristonicum accedunt, ut communem redoleant fontem, tamen cum multis variisqve modis ab illo discrepent, non ipsius Aristarchi sed aliorum e scriptis qvasi per rivulos derivatos in lexicon influxisse videntur. *) Atqvi Aristarchi discipulos a magistri sententia in multis recessisse, ejus doctrinam, qvo longius ab ejus tempore abfuerint, eo magis variasse, mutavisse, deflexisse, satis constat (Sengeb. I, 30. Beccard. o. c.); qvare paullatim diversas variasqve locorum vocumqve interpretationes extitisse, non est mirum.

His subsidiis novis, si qvid inde utilitatis ad lexicographi propositum redundare posset, par est eum usum esse. Atqve e recentioribus illis fontibus, qvi magistri doctrinam qvasi nova specie indutam exhibebant, eum hausisse, tibi persuadebis, si ad articulos ipsos inter se et cum scholiis Aristoniceis comparandos mox mecum processeris. Hic tantum qvaerendum est, qvos praeter commentarios Aristarchi Apollonius, aut qvi lexicon concinnavit, adierit fontes. Sunt, ut eqvidem opinor: vocabularium vel *glossarium* aliqvod *Aristarcheum*, de qvo jam dixi et infra plura dicturus sum (extremo Cap. II:o et III:o); *corpus qvoddam glossarum* vel commentariorum, in qvo aliorum aliae afferebantur explicationes et opiniones; *commentarii* aliiqve libri Aristarcheorum et aliorum recentium.

E commentariis, ad singulos scriptores illustrandos conditis, prima glossaria exorta sunt. Ex his enim cum vocabula explicata excerpta essent, vocabulorum extiterunt catalogi, vocabularia, ubi singula vocabula primo qvidem nullo ordine alphabetico, ad verba scriptoris libriqve argumentum sese applicantia, inter se excipiebant. Postea ab aliqvo, qvi legentium cupiebat commoditati inservire, vocabula in litte-

*) Fortasse etiam lexici excerpta et mutilata condicio in causis est, cur articuli ejus modo ipsas Aristarchi sententias referant modo longius ab illo recedant, ac tota lexici facies et forma tam dispar et ipsa sibi dissimilis hodie prodeat.

rarum ordinem redacta sunt.*) Itaqve ex Aristarchi commentariis glossarium Aristarcheum, et aliorum e commentariis alia glossaria extitere. In qvibus vero singulis cum saepe idem auctor ab alio aliter explicaretur, et eodem tamen omnes spectarent, consentaneum fuit has diversas explicationes variasqve glossas in unum demum colligi corpus, ubi cunctae simul apparerent. Sic extitisse videtur corpus illud glossarum vel commentariorum, de qvo jam saepius dixi, cujus vestigia in lexico Apollonii jam multis locis me animadvertisse puto.**) Aristarchi autem explicationes una cum aliis in hoc opus, ut par erat, receptae erant. Atqve hujusmodi fontem ipsa articulorum vel glossarum forma arguere videtur. Nam prorsus eodem modo atqve in scholiis (imprimis iis, qvae ad Odysseam pertinent) de eadem re explicanda binae vel ternae pluresve juxta proponuntur opiniones diversae, lite non dirempta; et cum articulus lexici et scholion, qvod ei respondet, saepe adeo inter se consentiant, ut eodem prorsus ordine hae explicationes variae inter se excipiant, sumi non potest lexicographum earum auctores singulos consuluisse, ipsos cujusqve libros inspexisse, sed eundem illi atqve scholiastae fontem suppetiisse, dico opus aliqvod, in qvo hae jam omnes diversae explicationes collectae erant.***)

*) Cf. C. F. Ranke de lex. Hesych. orig. et gen. forma. p. 5, 6.

**) Qvid qvod Apollonius nonnullis locis τοὺς γλωσσογράφους testes citat.

***) Glossariorum hanc fuisse condicionem communem, ut non singula servata sint, sed in unum conflata et confusa a lexicographis adhibita sint, patebit, si supra dictis haec contuleris: „Sed non diu ejus liber (i. e. glossarium laconicum Aristophanis Byzantii) in hominum manibus mansit. Etenim inter grammaticos post eum viventes reperti sunt, qvi singula a viris doctis scripta lexica in unum corpus conjungere ausi, imprimis ejus librum occuparent.“ (Ranke o. c. p. 99). Simili modo Artemidori, Hermonactis, Diodori, Timachidae, aliorum glossaria opere Pamphili (h. e. lexico Hesychii) velut magno mari absorpta perierunt, vix ut nomina eorum supersint. Easdem etiam vices glossaria Homerica Aristarchi et Aristarcheorum subiere: mansere reliqviae in lexico Apollonii. Et, si plura mihi conjicere liceat, fieri potest, ut glossarium illud Aristarchi ab illo majoris ambitus glossario non fuerit diversum, sed *unum* opus, *unum* glossarum corpus a lexicographo usurpatum sit.

(De his plura v. extremo Cap. I:o 2) et III:o 5), ubi etiam exempla afferuntur). — Qvando autem articuli, de qvibus hic agimus, in lexicon recepti sint, difficile est dictu. Utrum jam a lexici primo conditore adhibiti ad genuinam ejus formam pertinuerint, an, cum constet lexicon ab epitomatoribus contractum esse, ab his tandem adjecti sint, nolo dijudicare. Apparent tamen interdum in his vestigia temporis Apollonio nostro inferioris, velut cum sub ἀνόπαια et ἄρσεν Herodiani leguntur interpretationes, sub περιρρηδής opinio legi videtur Alexandri Cotyaeensis, qvi Antonino Pio imperante vixit.

Jam ad auctores, qvos Apollonius testes citat, recensendos transeo, id maxime acturus, ut, qvibus e libris singulorum sententias sumpsisse videatur, cognoscam. Hoc tamen praemonendum, auctores Aristarcho superiores plerumqve non ex ipsorum scriptis sed ex Aristarchi auctoritate ab illo laudari. Qvod qvamqvam non de omnibus potest certis argumentis firmari, in multis tamen veritatis speciem habet. Itaqve cum *Hesiodum* sexies citat, qvae sub Αἰγύπτῳ et γύαλον ex illo affert, Aristarchea esse videntur (cf. scholl. ξ 246. E 99). *Archilochum* laudat sub ἔμπλην (v. ed. Bekk.). *Alcmanis* affert fragmentum pretiosum, venustate et elegantia abundans (s. κνώδαλον). *Anacreontem* ter laudat; qvae sub μυθιήτας exhibet cum sch. φ 71 adeo conveniunt, ut utrumqve eodem usum esse fonte appareat, qvem Eustath. nomine significat τῶν παλαιῶν. Item qvae ex *Pindaro* et *Simonide* s. ξεινοδόκος afferuntur, eisdem fere verbis apud Photium et in Et. M. leguntur. *Aeschylum* semel laudat s. Φοῖβος, ubi tota observationis indoles Aristarchum resipit (cf. scholl. Λ 750. 709 de Μολίονε). *Sophoclem* profert ter; qvae sub ἰονθάδος habet, ex Aristarcho se sumpsisse ipse dicit (v. lex.). Ex ejusdem etiam auctoritate *Euripidem* citare videtur s. συμφερτή (v. lex.). Qvare cum constet hos fere ipsos poetas ab Aristarcho tractatos et commentariis illustratos fuisse,*) vide ne noster, his ipsis libris inspectis, illorum poetarum

*) Sengeb. I, 24: „Tractavit A. multos poetas Graecos praeter Homerum: Hesiodum, Archilochum, Alcmanem, Alcaeum, Anacreontem, Pindarum, tragicos tres, Ionem, Aristophanem.“

dicta una cum Aristarchi observationibus ex hujus scriptis excerpserit. Et qvod *Zenodoti* lectionum bis facit mentionem (sub ἀγγελίην v. opusculi nostri cap. II et φραδέος cap. I), hi ipsi articuli cum scholiis collati manifesto indicant, ex Aristarchi auctoritate Zenodotum citari. Pro certo igitur affirmari potest, Apollonium numqvam illius grammatici recensionem vidisse. *) His etiam socium adjungam *Cratetem* illum Mallotem, qvem ter noster nominat. Cum enim hic nusqvam citetur nisi aliā oppositā sententiā, qvae s. v. ἄμμορον esse videtur, s. vv. ἀπριάτην (v. cap. II) et πλωτῇ (c. I) certe est Aristarchea, cum etiam considerem Aristarchum adversum Cratetem, aeqvalem suum, acerrime disputasse eumqve multis diplis notasse (v. Sengeb. I, 59), eo proclivior sum, ut etiam Cratetea haec ex eodem fonte primario in lexicon promanavisse putem. Ceterum qvod C. versum Σ 489 (s. ἄμμορον) mutavisse dicitur, ne poeta de Orione et stellis qvid erravisse videretur, hoc et qvae ex illo sub πλωτῇ afferuntur, nescio an ejus cum ingenio et interpretandi rationibus bene conspirent. De qvibus Sengebusch: „Dein Homerum Crates perfectam omnium disciplinarum habuisse cognitionem statuit, etiam astronomiae, mathematices, medicinae, situs atqve naturae terrarum — — a Graecia remotarum, Oceani, maris, — — —“ (I, 60). *Sueton.* de Clar. Gram. Suidas.

Num his deniqve *Comanum* adnumerem, dubito. Vid. qvae sub συμφερτή cap. I dixi.

Sed vereor, ne qvis me reprehendat, qvod Apollonium meum hominem finxerim in litteris parum versatum, qvi paucos ipse inspexerit libros et Aristarchi tantum scrinia com-

---

*) Lehrsius inter editiones multas a Didymo inspectos et usurpatas Zenodoti qvoqve recensionem memorat (o. c. p. 25). Beccard vero hanc sententiam impugnans, contendit nec Didymum neqve Aristonicum jamdum vidisse Zenodoti recensionem, ac mox addit: „Legebantur Zenodoti lectiones in Aristarchi commentariis, in libro Apollonii Rhodii adv. Zenod. scripto, in libris Tryphonis περὶ τῆς ἀρχαίας ἀναγνώσεως, Ammonii περὶ τῆς ἐπεκδοθείσης διορθώσεως, Dionysii Thracis περὶ τῶν ποσοτήτων etc.“ (p. 52).

pilaverit; qvibus eqvidem dicam me non mordicum tenere hanc sententiam. Ceteros qvidem, qvos citat testes, praesertim si qvi post Aristarchi aetatem vixerunt, ex ipsorum scriptis eum cognovisse, libenter concedam. Si, Lehrsio judicante, Didymus eorum omnium, qvos nomine citat, ipse legerat scripta, cur non idem Apollonio licuisset? An vero illa Aristarcheorum scripta ipse Aristarcheus non potuit sibi parare nec cognoscere? Immo illis etiam multa alia, qvae sine auctoris nomine nunc leguntur, eum debere puto. (v. c. ἄφλαστον Apollodoro). Et qvamqvam hi grammatici praestantes a nullius arbitrio pendentes et qvasi suo Marte in poetis explicandis et arte grammatica tractanda perrexerunt, tamen, cum ex mente ingenioqve magistri celeberrimi studia colerent, ab eo inchoata absolventes, ejus placita illustrantes, et via ab eo aperta progrederentur, horum qvoqve e scriptis Apollonius Aristarchi interpretationes haud paucas, plus minusve integras, nobis tradidisse videtur. Aristarchei autem praeter Apionem, (de qvo jam supra), hi ab illo testes citantur:

1. *Apollodorus* Atheniensis (qvinqvies laudatus). Fuit inter primos Aristarcheos, exeunte saeculo a Chr. n. secundo vixit. Multos de variis rebus libros composuit. Egerunt enim hi de rebus historicis et geographicis (χρονικά, γῆς περίοδος), de mythologicis (βιβλιοθήκη, περὶ θεῶν), archeologicis (νεῶν κατάλογος); aliis in libris historiam litterariam attigit. De rebus grammaticis et vocibus explicandis agebat in libris περὶ ἐτυμολογιῶν et γλῶσσαι, e qvibus qvae Apollonius affert petita esse videntur. (V. Suid. s. v. Ἀπ. Sengeb o. c. I 31 sq. Pauly Realencycl.). Fortasse ex his ipsis glossis etiam alia sumpta sunt, qvae hodie sine ejus nomine in lexico leguntur (v. ἄφλαστον).

2. *Apollonius* ὁ τοῦ Χάριδος, auctor commentarii in Homerum scripti, ex qvo qvae in lex. s. ὦπος afferuntur, de nominum qvorundam accentu agunt. Cf. Lehrs Ar. p. 267 sqq. Vixisse putatur ineunte saeculo primo a. Chr. n. (v. Real encycl.) Pater ejus fuisse videtur is Chaeris, cujus commentario Didymum usum esse Lehrs. ait (o. c. p. 26).

3. *Archias* grammaticus Alexandrimus, Augusti tempore vixisse videtur. (Suid. s. v. Ἐπαφρόδιτος. et in hoc libello s. v. ὑββάλλειν cap. III).

4. *Demetrius* ὁ Ἰξίων, Adramyttii natus, vixit Augusti temporibus. Sic Suidas, qvi etiam fabulas cognominis illius caussam illustrantes narrat. At Beccard credit eum initio seculi a. Chr. n. primi floruisse Pergami, qvum acerrimum illud certamen inter Aristarcheos et Crateteos non multo ante esset exortum. „D. enim rationibus utriusqve scholae cognitis a parte stabat Crateteorum.“ (o. c. 66). Scripta: πρὸς τὰς ἐξηγήσεις atqve πρὸς τ. ἠθετημένους στίχους, ἐτυμολογούμενα, Ἀττικαὶ λέξεις etc. Ex opere proximo petita esse, qvae Ap. lex. s. πῇ et ποῖ tradit, cui non ipsum eorum argumentum suadeat?

5. *Demetrius* ὁ πύκτης, qvi περὶ διαλέκτου scripsit, etiam Homero interpretando operam dedisse videtur. Refellit qvidem Apollonius interpretationem ejus qvandam vocis ὀπαζόμενος Θ 103.

6. *Dionysius* ὁ Θρᾷξ (cujus explicatio vocis ἰόμωροι affertur), Alexandriae aut Byzantii natus, teste Suida, Romae vixit temporibus Pompeji. Scripsit πλεῖστα γραμματικά τε καὶ συνταγματικὰ κ. ὑπομνημονητικά, (Suid.) et περὶ ποσοτήτων. Qvi cum permultis scholiis laudetur, criticum et interpretem Homeri eum fuisse patet. Laudibus eum attollit Beccard: „— — dicendum est eum non esse ex numero eorum qvi normas legesqve ab Aristarcho constitutas temere secuti sint etc. Si qvid minus recte expositum esse ab A:o intellexit, refutata praeceptoris auctoritate ipse novam dicendi legem condidit“ (58 sq.). Cf. Sengeb. I p. 33. M. Schmidt. in Philologo 7, 2 p. 360. 8, 2 p. 231. 8, 3 p. 510).

7. *Heliodorus* juxta Apionem et Aristarchum saepissime testis adhibetur. Qvod Heliodori et Apionis glossae tam saepe conjunctae in lexico proponuntur et hi praeterea interdum communi glossographorum *) nomini prodeunt, ex eo

*) In hoc tantum vir cel. erravisse videtur, qvod, ubicunqve in scholiis Homeri et Apoll. lex. glossographorum mentio fit, hos duos significari putat. At alii sunt glossographi illi veteriores, adversus qvos Arist. disputabat, alii Heliod. et Apion.

F. Ritschelius (in monographia „Heliodor. der Glossograph“ Opusc. I, 116 sqq.) colligit, Heliodori glossas non recta via in lexicon immigrasse, sed Apionem illis usum, qvaecunqve ei placuissent, ad verbum compilasse, ita ut Apollonio et Homeri commentatori glossae et Apionis et Heliodori tum tantum singulae afferendae essent, cum inter se differrent. Nam a tertia manu confectam recensionem, in qva jam utriusqve glossae in unum conflatae essent, tempore Apollonii, cujus et auditor ipse Apion esset, nondum existere potuisse. — Ab his glossariis distinguendus est commentarius ille, Apionis et Herodori nomine falso inscriptus, qvo saepe utitur Eustathius (Lehrs Ar. 370 sqq.)

8. *Sidonius.* Qvi „cum Aristarchearum lectionum testis laudetur a Didymo schol. T 365 — — et cum ab eodem Didymo saepius laudetur, atqve ab Aristonico et Apollonio Sophista, non est dubium qvin Aristarcheorum vixerit aetate.“ Sic Beccard, addens eum praecipue operam dedisse rei criticae Homeri et commentarios scripsisse. E sch. T 365, ubi Aristarchi causas et rationes criticas Sidonius exponit, apparet eum mirum qvantum has cognitas habuisse, adeo ut sciret, qvas lectiones A. alio tempore rejecisset, alio tenuisset. Qvare cum in lex. Ap. s. v. ἕρματα dicitur, qva ratione Aristarchus Δ 117 damnaverit et mox additur, qva de causa Dion. Sidonius eundem versum defenderit, haud scio an lexicographus qvoqve Sidonium Aristarcheae opinionis h. l. testem citet. Incertum tamen hoc esse concedo. Sub ὀββάλλειν tam disertus in Sidonio laudando noster est, ut ipsos ejus commentarios eum legisse suspicer.

9. *Timogenes* s. v. ἅρπυιαι laudatus „ἐν ταῖς παραφράσεσιν.“ (Vid. Vill. Prolegg. XVIII). *Timagenes* qvidam a Suida memoratur, orator Alexandrinus, qvi sub Pompejo et Caesare Romae docuit eloqventiam.

10. *Archigenes* qvidam sub ὄρθια laudatur. Qvis vero fuerit ille, nescio. Neqve enim is esse potuit Archigenes, medicus Apamensis, qvi Suida teste Romae vixit Trajano imperante et πολλὰ ἰατρικὰ κ. φυσικά scripsit. Hic enim Apollonio inferior fuit.

11. Deniqve *Ptolemaeo Ascalonitae* explicatio vocis ἀμφικάρη, qvamvis sine nomine auctoris tradita, deberi videtur. Cf. schol. ρ 231.

Ceterum de auctoribus, qvos allegat Apollonius, vide Villois. Prolegomena pp. XII—XXIX.

Lexicon homericum non jam genuinam formam servasse, sed excerptum, mutilatum, multis modis corruptum nobis traditum esse, jamdiu omnibus notum fuit. Ait Villoison: „notandum est fortasse Apollonii lexicon in qvibusdam non integrum ad nos pervenisse. Omnes enim fere grammatici antiqviores contracti et mutilati sunt, uno fortasse Harpocratione excepto.“ Atqve Apollonium contractum esse, colligit comparandis inter se illo et Etymologico Magno ad v. αἴζηος. Qvod prospere sane ille invenit; nam hanc eandem comparationem uberem esse fontem, unde argumenta ad condicionem lexici mutilatam probandam affatim profluant, mox videbimus.

Lexicon igitur non jam integrum esse, sed mutilatum, ipsa ejus facies et forma luce clarius indicat. Tenendum sane est, qvippe qvod lexicon e multis variisqve et diversis fontibus collectum esset, ne primo qvidem plane sibi simile et constans existere potuisse; nam qvaecunqve e commentariis originem repeterent, disertiora et copiosiora fuisse qvam qvae e glossariis sumpta essent, patet. Tamen singulos ejusdem originis articulos inter se congruentes et ad eandem rationem compositos fuisse necesse est, ni forte putemus Apollonium agrestem et bonarum artium rudem fuisse hominem, qvi nullo consilio, nulla ratione, temere tantum et sicut fors tulisset opus suum undiqve consarcinasset et compilasset. At qvalis est lexici facies ac condicio hodierna? Ut jam dixi, articuli ejus qvam maxime inter se differunt ac compositionis ratio communis iis subesse videtur nulla. Nam qvi qvam integerrimi et plenissimi sunt articuli, in iis qvidem ipsa, cui debentur, commentatoris verba plerumqve accurate sunt descripta, ita ut is qvomodo locum Homericum legerit et explicarit, qvaenam adversarii, qvem oppugnaret, lectio et explicatio fuerint, cur igitur totus locus notatus, disertis ver-

bis edoceamur. Sed hujusmodi articuli, ex qvibus, ut opinor, concludere licebit, qvemadmodum prima lexica condita sint, scilicet commentariorum variis frustis ad verbum transscribendis, colligendis, ad certam rationem redigendis, admodum pauci in lexico hodie reperiuntur (plurimi fere in cap. I:mo; aliunde adde ὀββάλλειν et al.). — Tum alterum genus est articulorum, qvi, qvamqvam commentariis originem debere videntur et indole coloreqve auctoris proprio haud omnino carent, nomine tamen auctoris careant. (Ejusmodi compluria videsis in cap. II). Alia vocabula etiam plura produnt excerptionis indicia. Ipsa explicatio est magis contracta, omissis adversariorum sententiis; qvamvis igitur, qvare qvidqve notatum fuerit, lateat, ipsa tamen auctoris sententia satis clara proponitur (exempla ibid.). — Deniqve ejusmodi sunt, qvae nudam tantum loci aut vocis interpretationem exhibeant eamqve saepe tam contractam et obscuratam, ut qvid sibi voluerit auctor, vix appareat. Et glossarum in similitudinem haec qvidem multum inclinant (exempla v. cap. III); versus tamen homerici, qvamvis interdum male corrupti et disturbati, plerumqve adscripti sunt.

E glossariis autem qvae hausta esse videntur, haec qvoqve variam praebent speciem. Alia enim genuinam forman servasse (v. cap. II), alia mutilata esse patet, ac saepe qvidem ita ut lemma tantum extet (v. cap. III. εἰκοσινήριτα et all.).

Ex hoc brevi conspectu lexici mutilata et contracta condicio jam ultro apparet; qvam etiam magis apparituram esse spero, cum ad singula recensenda progressi erimus. Tum, ut spero, patebit, qvam prope a suo qvidqve fonte absit.

Etymologici Magni conditori lexicon nostrum integrius et ad genuinam similitudinem propius accedens ad manum fuisse, jure colligere poteris, qvod multi articuli, qvi apud Apollonium contracti et mutilati sunt, in Etymologico saepe integriores et longiores leguntur. Utroqve igitur lexico inter se conferendo saepe ad Apollonium emendandum haud parum emolumenti redundat, atqve Etymologico adjutore

haud paucos articulos emendavisse et integriores restituisse mihi visus sum *). Qvodsi haec comparatio latius extenderetur, adeo ut totum lexicon complecteretur et omnes, qvi utriqve lexico communes sunt, articuli inter se conferrentur, haud dubie etiam plura in hoc genere praestare possemus.

Qvodsi igitur Apollonius ex Etym. M. magnam qvoad partem integrior restitui potest, post Etymologicum compositum **), h. e. post seculum IX:um vel X:um lexicon nostrum ab epitomatoribus multum vexatum esse videtur. At si Montefalconius recte judicavit, qvi codicis Coisliniani aetatem a X:mo seculo repetivit, etiam antiqviorem Apollonii editionem, qvae a lexici genuina forma haud ita multum distaret, Etymologo praesto fuisse probabile est. Qvare ea lexici epitome, cujus indicia comparandis inter se lexico et. Et. M:o nobis obvia sunt, ad VII:um fere vel VIII:um saeculum referenda est. Sed jam antea epitomatores in lexico contrahendo et decurtando grassatos esse pro certo affirmari poterit. Nam alia permulta, qvae apud Apollonium formam illam praebent mancam et mutilatam, de qva jam diximus, iisdem saepe verbis in Etymologico referuntur. Neqve est, qvod miremur lexicon Apollonii excerptum esse, qvum eadem fata alia qvoqve lexica passa esse videamus. Inter illa tamen et Apollonianum hoc certe interest, qvod non semel neqve ab uno viro nec ratione ulla certa, velut lexicon Hesychianum, sed *plus minusve* aliis temporibus ab aliis excerptum est. Id ex tota lexici facie elucet. Ac qvotiescunqve lexicon denuo describendum erat, puto librariis, suae inertiae indulgentibus et legentium commoditati inservientibus, optimam sese

*) Exempla habebis plurima in cap. II.

**) De aetate Etymologici Magni Fr. Sylburgius praeter cetera haec ait: — — — „De cujus (sc. primi auctoris Et:i) aetate qvamqvam nihildum certi cognoscere potui, tamen eum non multo post Photii patriarchae tempora vixisse crediderim, circa Christi annum DCCCC. Eustathius sane hoc auctore videtur recentior, qvippe qvi eum in suis ad Il. Hom. παρεκβολαῖς alleget — — —. Floruit autem Eustath. circa Chr. an. MCLXXX.“ (Praef. ad Et. M. p. 9).

obtulisse excerpendi et decurtandi occasionem. Hos igitur lexici epitomatores praecipuos putarim *).

At „non solum contractum ad nos pervenit lex. Apol., sed glossis aliunde intrusis et male insertis perperam auctum.“ Ita Villoison, qvi manu recentiore ad marginem lexici apposita vidit multa, maxime ejusmodi, qvae christianae aetatis et mentis essent. (Prolegom. XXVII—XL). Interpolata haud pauca etiam Tollius sibi visus est investigasse **). Atqve ab Apollonio ejusqve aetate aliena permulta in lexico inveniri persuasum mihi qvidem est, sed ad ea recensenda nec tempus nec vires mihi nunc suppetunt. Hoc sufficiet monuisse, ejus generis esse v. c. nugas etymologicas et ineptias grammaticas, imprimis litterarum affectiones ***), qvae Byzantinae doctrinae prae se ferunt signa et indicia, qvalia ubiqve in Etym. M:o et lexicis ejus aetatis obvia sunt.

Ac demum qvaerere possumus, qvomodo et qvando haec elementa tam disparia tam varia et diversa in unum lexici Homerici corpus conjungi vel potius congeri et coacervari potuerint. Qvod qvamqvam non est mei judicii, tamen cum omnia lexica antiqva eadem fere fata subierint, videre juva-

*) Cf. C. F. Rankii verba: „Qvum enim tempora essent, qvibus grandiora opera displicebant, libriqve minoris molis acceptissimi erant, excerpendo multi merita sibi contrahere studebant; neqve propterea reprehensione digni sunt; qvi non hominum discordiam adjuvare sed legentium commoditati succurrere et omittendis omnibus, qvae non necessaria erant, libros ad usum multo aptiores reddere concupiverunt. Sed hoc labore suo saepe vel inviti effecerunt, ut grandiora illa volumina negligerentur et perirent.“ (o. c. p. 5).

**) „negari profecto non potest, inesse his glossis qvae aetatem produnt Augusto, immo Tiberio et Claudio imperatoribus recentiorem, formas verborum latinas graecis temere mixtas (χαράβια, ἐφόκκιον, πραῖδα etc), — — apertissima — — interpolationis indicia.“ Ejusmodi enumerat T. a) a lexico Homerico aliena ἄβαλε, ἀβλαβές ete), varie mutilata (εἴσκοντες, Ὄλυμπος etc), qvae compilatorem arguunt imperitissimum (Σίντιες, παλαιφάτου etc), grammatico indigna bis repetita (δειδήμονες etc), inter se pugnantia (ἐίσκοντες et ἴσκεν, εἴρερον ἴρερον) et alia multa.

***) Qvamqvam jam Didymus opusculum περὶ παθῶν scripsit, a Herodiano postea commentario instructum v. M. Schmidt Did. fragm. p. 343.

bit, qvomodo Rankio judice lexicon Hesychianum ortum et auctum sit, ut inde aliqvid de nostro lexico concludere possimus. —

Primum fuit Pamphili magnum opus lexicale περὶ γλωσσῶν ἤτοι λέξεων, medio christiano saeculo primo conditum *), optimis e fontibus, qvi tunc fuerunt, collectum, ut Aristophanis e glossis laconicis et atticis, Artemidori de dialecto dorica opere, glossariis Hermonactis cretico et Diodori italico, glossis Epaeneti, Timachidae, Ameriae cett. Tum Hadriano **) imperante extitit Diogenianus, qvi illius lexici a Zopyrione incepti et a Pamphilo perfecti epitomen condidit, λέξεις παντοδαπαί (libr. V) inscriptum. In hac glossarum collectione, qvae habuit Pamphilus, recepit et, omissis scriptorum veterum grammaticorumqve nominibus, praeterea fere omnia descripsit. „Itaqve — ut verbis Rankii utar — „eorum utilitati prospexit, qvi, cum scriptores veteres legerent, inusitatas et priscas voces evolvere, et qvae doctorum de earum notione sententia fuerit, cognoscere cupiebant. Qvid enim ad eos, si singula scriptorum verba addebantur, qvae eo momento legebant? Non adjuvabantur illi, si longae disputationes de scribendi ratione aliisqve rebus admiscebantur. — —" (De lex. Hes. orig. p. 131). Praeterea alia lexica, Apollonii Homericum, Theonis et Didymi tragica et comica, excerpta in opere suo recepit. — „Postremo Diogeniani libros sibi non satisfecisse sed auctos et amplificatos a se editos esse, scriptor epistolae ad Eulogium (h. e. Hesychius) professus est.“ Qvod vero Hesych. praedicat ad augendum lexicon se usum esse Aristarchi, Apionis, Heliodori glossis, haec eum vana gloriari Rankius docet (p. 139); neqve huic alia adscribit nisi versus Homericos additos et λέξεις (Cyrilli aliorumqve) inepte intrusas. —

Ac fusius exposui, qvos sub varios casus lexicon Hesychii subjectum sit, qvia inde suspicari licebit, qvae volventibus annis lexico Apollonii contigerint fata, et, si qvid ob-

*) Suid. Παμφ.
**) Suid. Διογεν.

scurum est, qvomodo hoc aut ortum aut excerptum auctumve sit, hinc omnia melius illustrantur.

Primum igitur ineunte saeculo p. Chr. n. primo Apollonius Archibii filius vel Sophista, qvi postea vocabatur, lexicon condidit Homericum, fontibus usus commentariis Aristarchi et ejus discipulorum aliorumqve atqve glossariis omnibus qvae tunc temporis ad Homerum composita extiterunt. Qvod opus qvale fuerit, qvam omnino disertum et perfectum, qvam accurate et eleganter elaboratum, id etiam nunc meliores articuli atqve integriores servati ostendunt. Cum vero hoc lexicon multa contineret, qvae posteriore tempore legentibus levioris esse momenti viderentur qvibusqve facile supersederent, ut multi loci scriptorum, nomina auctorum, longiora e scriptis grammaticorum excerpta, alia permulta, haec omnia qvicunqve aliqvot saeculis post lexicon describebant, paullatim omittere coeperunt. Ita factum est, ut plurimis locis nomina auctorum omissa sint, et qvae ex eorum scriptis afferuntur saepe tam in angustius contracta, immo manca et mutilata sint, paene ut sensu careant. Qvo antiqvior erat auctor, eo majorem ei vim afferebant; qvo factum est, ut qvae ex Aristarcho profecta sunt, eorum tantum minima pars nomen ejus additum servaverit, et discipulorum ejus nomina jam paucis locis extent. At Apionis et Heliodori nomina et dicta, qvorum argutiae saeculi ingenio magis arridebant, melius servata sunt. Itaqve paullatim extitere lexici epitomae, aliae aliter, plus minusve excerptae et contractae. Neqve enim excerptio perfecta, qvae totum lexicon perseqveretur, fuisse videtur. — Et qvo magis antiqvioris doctrinae monumenta, in lexico tradita, contrahere et imminuere audebant epitomatores, eo plures recentioris eruditionis pannos lexico adsuere coeperunt; qvare paullatim in dies magis a genuina forma deflexum est.

Caput primum.

Sexaginta fere locis Aristarchus ab Apollonio nomine testis citatur. Hi autem articuli, qvum saepe ipsa Aristarchi verba et placita, e libris ejus excerpta, nondum mutilata vel corrupta tradere videantur, ostendere nobis possunt, qvalis lexici nostri fuerit forma genuina, anteqvam ab epitomatoribus contrahi et immutari coeptum esset. Hic vero ipsa Aristarchi scripta ab Apollonio esse inspecta et excerpta cum per se opinari licet, tum clare patebit, comparatis eis locis, qvales qvidem sunt plurimi, ubi lexicographus Aristarchi illius qvidem proponit sententias, sed, genuina observationum forma neglecta et immutata, adeo deflexas et exiles vel in glossematum formam redactas, ut Aristarchi se profiteri doctrinam ipse ignorare videatur (v. cap. III). At non solum qvid Aristarcho placuerit sed etiam lexicographus ipse qvid de singulis locis ac vocibus explicandis senserit, in hoc capite disertius plerumqve qvam alibi *) indicatur. Hos igitur articulos diligentius recensebo. — Sed et alios, si qvid ad lexici originem et condicionem veterem collustrandam valent, pro re breviter tractabo.

ἀβίων. Qvantopere versus N 6 ingenia veterum interpretum exercuerit, e longa interpretationum serie, qvam lexicon Ap. exhibet, apparet. Qvaestio enim fuit, utrum scribendum esset γλακτοφάγων Ἀβίων τε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων, an γλακτ., ἀβίων τε, δικαιοτάτων τ' ἀνθρώπων. Qvi enim cum Aristarcho alterum τε omiserunt, Ἀβίων pro gentis nomine, cui γλακτοφ. et δικαιοτ. attributa essent, necesse est acceperint:

*) Alibi enim, qvid ipse senserit, qvamve explicationem praeferat, lexicogr. breviter tantum his vel similibus indicat: κακῶς, βέλτιον δὲ, οὐκ ἀπιθάνως, τάχα etc.; hic vero plerumqve disertior est.

alii autem, admissa particula τε, verba ἀβίων et δικ. simul cum ἱππημολγ. et γλακτοφ. praecedenti 'Αγαύων attributa adjungebant. Lectione alia aliam fieri sententiam apparet. (Aristarchi illam fuisse lectionem etiam Didym. testatur sch. N 6). Num vero haec etymologica ἢ ὡς δικαίως βιούντων κατὰ στέρησιν βίας ἢ τὸν ὡρισμένον βίον οὐκ ἐχόντων, qvae Aristarchi explicationem mox excipiunt, etiam illi originem debeant, nescio. Forsitan ab ipso Apollonio sint commenta, qvi qvidem, explicationem κακοβίων reprehendens, ait: εὔλογον δὲ δικαίους ὑπάρχειν τοὺς τοιούτους· οἷς γὰρ πολυτελείας κ. τρυφῆς οὐ φροντίς, τούτοις οὐδὲ πλεονεξία κ. τ. λ. Similia Et. M. 232, 46. Possunt tamen haec etiam Aristarchi esse, cujus lectioni bene conveniant. Qvae deinde excipiunt aliae interpretationes, altera, qvam dixi, lectione nixae, eo tantum inter se differunt, unde sit vox ἀβίων derivanda. Sed singula perseqvi longum est; qvae cum nullis certis auctoribus laudatis, his tantum incertis ἔνιοι μεν ... δὲ, ἄλλοι, οἱ μὲν .. δὲ praemissis, afferantur, puto lexicographum singulos auctores ipsos non inspexisse, sed collectione illa glossarum et explicationum, de qva in Prooemio diximus, usum esse. Qvod vero ait: 'Απίων ἤτοι πῶς καὶ ὁμοίως βιούντων ..., pro πῶς certe ἴσως legendum est. (Cf. ed. Bekk.).

ἀθεμίστων. ἐν τῇ Ι 'Οδυσσείας ἐπὶ τῶν Κυκλώπων ἐπιθέτου λεγομένου „Κυκλ. δ' ἐς γαῖαν ὑπερφιάλων ἀθεμίστων" (ι 106), ὁ γοῦν 'Ηλιόδωρος 'Αρισταρχείως μεταφράζων φησί, καθὸ οὐ κοινοῖς χρῶνται νόμοις. ὁ γὰρ 'Αρίσταρχος λέγει, δικαίους εἶναί τοὺς Κύκλωπας ἐκτὸς τοῦ Πολυφήμου· φησὶ γοῦν περὶ αὐτῶν „θεμιστεύει δὲ ἕκαστος παίδων κ. τ. λ." (ι 114). ὁ δὲ Κύκλωψ ἐκ τῆς ἰδίας ἀσεβείας περὶ αὐτῶν φησὶν „οὐ γὰρ Κύκλωπες Διὸς αἰγιόχοι' ἀλέγουσιν·" (ι 275) ὅπερ ψεῦδος· αὐτοὶ γὰρ εισὶν οἱ λέγοντες „εἰ μὲν — — — νοῦσον δ' οὔπως ἔστι Διὸς μεγάλου ἀλέασθαι·" (ι 410) καὶ ἔστιν ὅλος ὁ τόπος οὗτος τῶν προβλημάτων." Cum his cf. scholl. ι 106 Harl. et 275 H. Q., qvibus eadem etiam disertius ac argumentis pluribus proponuntur. Ipsa Aristarchi verba integra et incorrupta a δικαίους usqve ad finem articuli leguntur. Qvare lexici forma genuina qvalis fuerit, qvo clarius appareat, totum hunc articulum transscripsi.

Agitur de Cyclopibus, qvorum victus et mores, qvales a Homero describuntur, jamdudum qvaestiones illas moverant captiosas, in qvibus dirimendis multum desudabant grammatici. (v. Lehrs Ar. p. 199—224.). Qvomodo enim fieri potuisse, ut qvi Cyclopes injusti et erga Deos impii esse viderentur (ι 106. ι 275), iidem nihilosecius religioni Deorumqve cultui inservientes fingerentur (ι 107. 114. 411)? Duplex fuit solvendi ratio. Primum enim ἐκ λέξεως solvebant, ἀθεμίστων non pro injustis esse accipiendum, sed „qvi communibus non utantur legibus.“ Qvod autem Polyphemus deorum contemtores illos praedicavit (ι 275), hoc ἐκ προσώπου, e persona Polyphemi solvebatur. Qvae solvendi ratio jam inter philosophos invaluisse videtur: sch. ι 106 Ἀντισθένης δέ φησιν, μόνον τὸν Πολυφ. εἶναι ἄδικον κ. τ. λ. et id. schol. σκοπείτω τὸ πρόσωπον, ὅτι Πολυφήμου ἐστὶ τοῦ ὠμοφάγου κ. τ. λ. Ex his igitur Aristarcho duplex extitit observatio, primum qvod solus Polyphemus improbus esset, deinde qvod ceteri Cyclopes, ut prisca gens mortalium viventes, probi et pacis amantes tranqvilliqve essent. (Lehrs Ar. 182).

ἄεθλος et ἄεθλον, Cf. Lehrs Ar. 149 et sch. φ 106. Videtur mihi lexicographus Aristarcheae observationis qvasi acumen obtudisse, qvum iis, qvae de neutrius generis forma ἄεθλον disputat, addat illud κατὰ τὸ πλεῖστον. At Ar. voluit ἄεθλον non *plerumqve* sed *semper* esse ἔπαθλον, „praemium certaminis.“ Prodit hoc discipulum, qvi de magistri sententia severa et diligenti aliqvid remisit, „grammaticum aliqvem qvi speciosis locis (φ 73. 106) se falli passus est.“

ἀντί δηλοῖ μὲν κυρίως τὴν πρόθεσιν, ὡς κ. ἡμεῖς τίθεμεν, κ. ὡς Ἀρίσταρχος ἀναγινώσκει τοῦτον (δὲ del.) τὸν στίχον „Τρώων ἀνθ᾽ ἑκατόν — — —“ Θ 233. H. l. igitur Ar. legit ἀντί, non ἄντα, id qvod etiam scholio confirmatur, et praepositionem sensu vulgari accepit. Sed alium qvoqve vocis ἀντί usum posuit, qvem lex. mox indicat, qvamvis nullo auctore laudato: τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἴσου, cui convenienter „ἀντιθέῳ“ (α 21) i. q. ἰσοθέῳ. Haec vero ab Aristarcho profecta esse, Apoll. indicat, paullo inferius dicens „ἀντιανείρας Ἀμάζονας“ ab illo redditum esse ἰσάνδρους. Cf. etiam sch. φ 75. Sed eodem

modo „ἀντίθεον Πολύφημον" (α 70) accipi multis displicebat, ratione habita Cyclopis illius impii et improbi. Qvare ἔνιοι τὸν ἐναντιούμενον θεοῖς interpretabantur. At hanc interpretationem Aristarcho deberi vix crediderim, qvia, ut Apoll. ait, ἀντιανείρας 'Αμαζ. non intellexit τὰς ἐναντιουμένας ἀνδράσι, sed ἰσάνδρους. Potius illius opinionem referre videtur schol. Harl. α 70: τοῖς θεοῖς ἑαυτὸν ὁμοιοῦντα — —, ubi, qvamvis paullum mutata, tamen servata est notio, qvam ille vocis ἀντί propriam esse voluit.

De ἀνακτορίῃσι v. Lehrs Ar. p. 154.

ἀνέχῃσι. Hanc attollendi notionem, qvamvis proprie ad ea tantum pertineat, qvae sensibus subjecta visu et tactu manifesta sunt, qvalia apud Hom. obvia sunt αἰγίδα, κεφαλήν, ἀσπίδα, χεῖρας ἀνέχειν, eandem interdum tamen ad ea qvoqve, qvae a sensibus remota sub solam cogitationem cadunt, Arist. translatam esse voluit, ut τ 111 εὐδικίας ἀνέχῃσι, qvod ap. Apoll. reddit ἄνω ἔχῃ. Non dubito, qvin fuerint, qvi interpretationem magis a sensibus abstractam tentarint (ut Apollonius noster: σημαίνει δὲ τὸ αὔξοι), qvam tamen ab Ar. dipla notatam fuisse, suspicari licet.

δουπῆσαι. Explicationem tantum versus Ψ 679 cum Aristarchi nomine affert; eidem tamen etiam praecedentia ψοφῆσαι, ἐκ δὲ τοῦ παρακολουθοῦντος [addo e schol. ψόφου] ἀποθανεῖν πεσόντα ἐν πολέμῳ deberi, e sch. Π 822 et N 426. apparet. (Cf. Lehrs Ar. 103. 104.).

δυσηλεγέος. ἐν τῇ χ τῆς 'Οδυσσείας ὁ 'Αρίσταρχος „ὅταν μὲν λέγῃ τὸν θάνατον τοιοῦτον, σημαίνει μακροκοίμητον, ὅταν δὲ ἄλλως, καταστρέφει εἰς ταὐτὸν τῷ κακοκοίμητον." ἢ δυσαλγέος, κακὰ ἄλγη ἐπιφέροντος. — Caput glossae respicit Υ 254 δ. πολέμοιο. Qvae seqvuntur ipsa sunt Aristarchi verba, qvalia lexicographus in commentario ad odysseae librum χ (versum 325) legerat. Ex his fortasse glossa initio omissa restitui potest, ita ut sit: δυσηλ., κακοκοιμήτου. — θάνατον δυσηλεγέα extat χ 325, cujus tamen schol. habet: δυσκοίμητον. V. δύσφημον διὰ τοὺς θρήνους. H. Q. (qvae aptius de δυςηχής dicerentur cf. lex. Ap. δυσηχέος). Ceterum melius voci τανηλεγέος qvam δυσηλ. Aristarchi observatio conveniret (ut Lehrs in-

nuit Ar. 154), si τανηλεγής etiam „ἄλλως", de aliis ac de morte diceretur, qvod tamen nusqvam usu venit (v. Seiler lex.). — Etymologiam, qva articulus finitur, ab Aristarcho inventam esse, non est probabile; repugnat enim superioribus.

ἑκατόγχειρον. Explicationes proponuntur Aristarchi ἑκατὸν χεῖρας ἔχοντα, et aliorum (οἱ δὲ Lehrs addit Ar. 180) ἑκατόμπηχυν, qvam tamen ille ideo rejecit, qvod κατὰ τὸ μυθικὸν, in fabulis Briareos non fingeretur centum cubita longus, sed centimanus.

ἐμπλήγδην. Expressa fit mentio Aristarchi ad librum Υ Odysseae commentarii. Vox extat v. 132, ubi Ar. vertebat εὐμεταβόλως. Altera qvam lex. proponit explicatio ἐμπληκτικῶς, οὐ μετὰ κρίσεως ab eodem fonte repetenda est atqve schol. h. l. ἐμπληκτικῶς· ἢ ἀκρίτως κ. ὡς ἂν τύχῃ ἐμπελάζουσα τοῖς πράγμασι. (Cf. Seiler: dreinschlagend, unbesonnen, blindlings). Haec Dindorf. indicat ab Eustath. (p. 1886) manavisse, addenti κατὰ τούς παλαιούς.

ἐπαιγίζοντα. Non solum explicatio „ventum vehementius flantem," sed totus articulus est Aristarchi. Cf. sch. B 148. O 293. Δ 167.

ἐπήτῃ (fort. ἐπητῇ, cf. sch. σ 128) λογίῳ, παρὰ τὰ ἔπη· „ἐπήτῃ δ' ἀνδρὶ ἔοικας" (σ 128). ἐν δὲ τῷ φ τῆς 'Οδ. (306) „οὐ γάρ τευ ἐπητύος ἀντιβόλησας" (l. ἀντιβολήσεις) (hic explicationem vocis ἐπητύος excidisse puto), Ἀρίσταρχ. δὲ ἐπητέος (sic Vill. pro ἐπητέως) διὰ τοῦ ε, κ. λόγος ὑπόκειται τοιοῦτος· ἐπητέος (sic pro ἐπητέως) οἷον εὐγνώμονος. τίθησι (sc. Arist.) δὲ καὶ τὴν λέξιν ἐπίπαν ἐπὶ τοῦ συνετοῦ „— — ἐπητής ἐσσι — —" (ν 332). καὶ οὐκ ἐπητύος. Extrema tria verba, cum h. l. nullum habeant sensum, fortasse post διὰ τοῦ ε inserenda sunt. Cum alii dupplicem formam dignoscerent ἐπήτης ἐπήτου (ν 332. σ 128) et ἐπητὺς -τύος (φ 306), Ar. ubiqve unam posuit formam ἐπητής -τέος. Cf. schol. ν 332 — — ἐπητής — — τῇ προσωδίᾳ ὡς ἀπειχής, φησὶν 'Αρίστ. Itaqve σ 128 legebat ἐπητεῖ δ' ἀνδρί — — —. Et cum formas non dignosceret, non solum in ν 332 et σ 128 sed etiam φ 306 significationem posuit eandem: συνετός, εὐγνώμων. Qvare errorem evitavit, in qvem alii in iisqve lexicographus noster

facile incidebant. Nam qvid mirum, si etymo ἔπος posito (in ν 332. σ 128) significationem arripuerunt promptam et sua sponte obviam λόγιος, δεινὸς εἰπεῖν (sic in scholl.). Sed Ar. non fuisset sui similis, si speciosa etymologia deceptus significationem admisisset, qvae nulli loco Homerico convenit ut facile tibi persuadebis singulis examinatis. Cf. Seiler Vörterb. z. Hom. „*besonnen*". Curt. Et. [5] 386. Ad φ 306 Dindorf: „ex integrioribns ad hunc locum scholiis sumpta sunt, haec Apollonii in lex." — Et. M. p. 356, 41 h. v. — — παρὰ τὸ ἔπω, τὸ λέγω — δηλοῖ δ' οὐ μόνον τὸν τοῦ λέγειν δυνάμενον, ἀλλὰ κ. τὸν τοῦ φρονεῖν ἐν δυνάμει ὄντα. — — ἐπητύς i. q. συγγνώμη. —

ἐπίηλεν A. ἐπεισέπεμψεν. De Ar. paraphrasis indole v. L. Ar. 154.

ἐπίηρα. Totum articulum ab Ar. profectum esse, verba eum claudentia indicant: οὕτως 'Αρίσταρχος. Lexico teste A 572 hic vocem reddidit τὴν μετ' ἐπικουρίας χάριν, Aristonico autem auctore schol. ibid. τὴν μετὰ χάριτος ἐπικουρίαν. De accentu, ἐπίηρα an ἐπὶ ἦρα, ideo non constat, qvod nescimus praepositionem ἐπι qviescere an vim habere A. judicarit. Prior est Lehrsii opinio (Ar. 111). Nescio tamen an significationis particeps sit utraqve compositionis pars: praepositioni enim illud ἐπικουρίαν, nomini ηρα hoc χάριν respondere crediderim. Cf.: „ϝῆρα φέρειν Ervünschtes darbringen: Homer. Die Redensart *vâram bhar* ἦρα φέρειν darf für indogermanisch gelten". Fick vergl. Wörterb. [2] p. 188, 3 *vâra*. — Curt. Et. [5] 549.

ἐπισταμένου (sic Toll. pro ἐπιστάμενος) (ξ 359) — — 'Αρίστ. τοῦ ἐπιστήμονος. Hic lexicogr. errare videtur. Non enim debuit ἐπιστ. per ἐπιστήμονος reddi, cum alibi semper observaret Ar:us ἐπίστασθαι poni pro δύνασθαι (Ar. 148). Potius ἐπιστήμων (π 374) per ἐπιστάμενος reddi debuit (cf. Hes. ἐπιστήμων· σοφός); nec scio an h. l. vitio librarii caput glossae et explicatio ita sint commutata, ut alterum alterius vice fungatur.

ἕρματα τὰ ἐρείσματα· (A 486) . . ἐπὶ δὲ τῶν ἐνωτίων (Ξ 182 κ. σ 297). ἐπὶ δὲ τοῦ [fort. addendum ἰοῦ, nam „ἐκ δ' ἕλετ' ἰόν . .] „μελαινέων ἕρμ' ὀδυνάων (Δ 117) [hic fort. in-

terpungendum.] ὁ μὲν 'Αρίστ. ἀθετεῖ τὸν στίχον (γελοῖον γάρ φησιν ἔρεισμα τῶν ὀδυνῶν λέγεσθαι· ἔπαινον γὰρ οὐκ ἔχει τοῦ δυναμένου ὀδυνῆσαι), ὁ δὲ Σιδώνιος βοηθῶν τῷ λεγομένῳ ἀκούει τὸ ἐρεῖδον πρὸς τὰς ὀδύνας. Ar. igitur ἑρμ' ὀδ. pro ἔρεισμα accepit. Qvid vero est ἔρεισμα? In initio articuli Apol. fulcra vel adminicula intellegit, qvibus in littore stantes sustinentur naves; cui sententiae convenienter h. l. debuit intellegere fulcrum vel adminiculum dolorum, qvo hi nitentes inter mortales volitant. Neqve haec explicatio ratione caret et a multis accepta est; *) attamen, si Aristonico fides habenda est, prorsus alia fuit Aristarchi opinio. Schol. Δ 117 duo argumenta proponit, qvorum alterum, illud de ἀβλής, Lehrsius Aristonicum putat de suo addidisse (Ar. 63), alterum hoc est: ἀθετεῖται . . ὅτι διὰ τὸ „μελ. ἕρμ' ὀδ." οὐχ ὃ θέλει λέγει· ἕρμα γὰρ καθ' Ὅμηρον ἔρεισμα καὶ κώλυμα, οὐ γίνεται δὲ ὀδυνῶν κώλυμα τὸ βέλος. Hoc igitur eo nititur, qvod ἕρμα est praesidium, qvo aliqvis a dolore defenditur, qvo dolor prohibetur; qvod, si de sagitta dicatur, rationi obstare et sensu carere, qvivis concedat. Apparet in hoc κώλυμα, qvo explicatur ἔρεισμα, totam disputationis vim esse positam. Itaqve ni forte putemus binas sententias contrarias et inter se pugnantes ab eodem Aristarcho propositas esse, necesse est etiam apud Apollonium ἔρεισμα non pro fultura, qva dolor sustinetur, sed, sensu mutato, pro praesidio, qvo a dolore prohibetur aliqvis, ab illo acceptum fuisse. Atqve etiam considerantes, qvae Ap. addit, ἔπαινον κτλ. minus qvadrare, si dicatur sagitta esse dolorum fulcrum, contra omnia sibi constare, si dicamus sagittam, qva qvis utitur praesidio contra dolores, „doloris afferendi laudem non habere" — id qvod Ariston. verbis οὐχ ὁ θέλει κτλ. exprimit — talemqve sententiam esse ridiculam et rationis expertem, eo adducimur, ut nihil controversiae inter Apol. et Ariston. esse censeamus, apud utrumqve igitur Aristarchum ἔρεισμα pro praesidio accepisse. Ac fortasse ab ἔρυμα est ἔρεισμα corruptum. Cf. Eustath. 451,27: offendi ait „τοὺς παλαιούς, qvod parum haec conspirarent ἑρμ' ὀδυνάων

*) Cf. Seiler Wörterb. „nach der gewöhnlichen Erkl. Träger schwarzen Schmerzen, auf welchen gleichsam die Schmerzen sich stützen, ruhen."

— —, λέγοντες ὅτι οὐχ ὃ θέλει ὁ ποιητὴς λέγει· ἕρμα γὰρ Ὁμηρικῶς τό ἔρυμα κ. κώλυμα. Et. M. 375, 34 ἕρμα — ἢ ἀπὸ τοῦ ἔρυμα κατὰ συγκοπήν, ἢ ἀ. τ. ἔρεισμα. Curt. [5] 347 ἕρμα conjungit cum ὁρμή, ἀφορμή — — „Qvell der Schmerzen."

ἑρμῖν'. Ipsa Ar:i verba e commentario afferuntur: „ἑρμῖνας ἐκάλουν τοὺς πόδας τῶν κλινῶν, οὗτοι δὲ ἦσαν σφηνοειδεῖς τῇ παρασκευῇ." E qvibus haud scio an glossam excerptam lexicogr. primam posuerit: ἀπὸ τοῦ ἐρείδεσθαι· cit. ψ 198. σημ. δὲ καί (sic!) πόδα κλίνης. Qvamqvam etiam magis haec consentiunt cum sch. ψ 198: κλίνης ποδάριον· ἕρμα γάρ ἐστι τῆς κλ. Alia fuit lectio h. l. Ἑρμῆν ἀσκήσας, de qva scholiastes praeter alia haec memorat: „qvia Mercurius esset ὀνειροπομπος et cubitum ituri eum tamqvam somni custodem orarent, imagines ejus in cubilibus statui et lecti pedes in ejus similitudinem diffingi solitos esse etc. „ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Ἀπολλοδώρῳ τῷ Ἀθην." (in fragm. libr. περὶ θεῶν Dindorf). Qvae licet subtiliter sint disputata, majore tamen simplicitate et sinceritate Ar:i sententia se commendat.

Ad armaturam pertinent ζῶμα et ζωστήρ; de qvibus qvid Ar. observarit, qvamvis nomine ejus apposito, lexicon propemodum ignorare videtur. Etenim e scholl. disertis cognovimus, illum qvam diligentissime inter se distinxisse ζῶμα et ζῶστηρ. Itaqve — utor enim Lehrsii verbis, qvi haec e scholiis collegit et illustravit, — „ζῶμα est cingulum aeneum" (hoc, qvod sciam, nullo scholio confirmatur, qvare pótius dixerim „e corio confectum, lamellis vel sqvamis aeneis contectum." cf. Ap. lex. στρεπτοῖο χιτ. — — Αριστ. τοῦ λεπιδωτοῦ — — et Seiler Wb. h. v.) „intra loricae aeneae affixum, a ventre ad genua pertinens. Ea parte, qva hoc cingulum loricam tangit, dupplex aes vel dupplex lorica est, διπλοῦς θώρηξ. Deniqve qvod illud cingulum, qvod Homero est ζῶμα, pars loricae est, utitur etiam vocabulo ζῶμα pro lorica." Haec ita esse scholia comprobant ad K 77. Δ 133, 187. Υ 415. all. (Lehrs Ar. 121 sq.) Qvid vero ad haec Apoll.? Exigua pars Ar. observationis illi remansit, et ne ea qvidem incorrupta: ζῶμα δὲ καὶ (?) αὐτὸς ὁ θώραξ κατὰ Ἀρ., ἀντιφράζων (sic Lehrs) γάρ φησι „διὰ μὲν ἂρ ζωστῆρος ἐλήλατο — —

κ. διὰ θώρηκος — (Δ 135). Λέγεται δὲ ζῶμα κ. τὸ περίζωμα, cit. Ψ 683: Cf. sch. Δ 187. Omissa igitur est propria hujus vocis significatio; dixeris fortasse eam excidisse et innui vel alludi illo καί; is tantum usus, qvo ζ. pro tota lorica dicitur, Apollonio innotuit. Qvid vero versum Δ 135, ubi vocis ζῶμα ne mentio qvidem fit, hic afferri attineat, eqvidem non intellego; qvi potius ad θώρηξ explanandum pertinere debuit. — Aliqvanto melius de ζωστήρ agitur, qvod Aristarcho constabat vinculum esse, qvo extra cingebantur heroes „ad continendam constringendamqve loricam." Sch. K 77. Apollonius ait: ὁ ἐπάνω τοῦ θώρακος ᾧ χρῶνται. Sed haec omnia sunt mutilata et confusa. Integriorem art:um nostrum servavit Hesych. ζωστήρ· ᾧ ἐπάνω τοῦ θώρακος ἐχρῶντο. — ζῶμα. περίζωμα, τὸ ἀπὸ τῶν μηρῶν κ. μέχρι τῶν βουβώνων συζευγνύμενον τῷ θώρακι.

ἰόμωροι. Lexici articulus ad verbum congruit cum schol. ξ 29 Q. V. Utriqve idem fons affluxit, scil. collectio qvaedam scholiorum vel explicationum; qvamqvam etiam probabile est, id qvod in cod. V. interdum fieri novimus, scholiastam e lexico sua sumpsisse.

ἰονθάδος ὁ μὲν Ἀπίων τῆς δασείας, οἷον τῆς ἴονθους ἐχούσης, ἢ τῆς ἰούσης θοῶς· τινὲς δὲ ἀκμαίας. — διὰ δὲ τοῦ Ἀριστάρχου ὑπομνήματος ἰονθάδος ἔνιοι ἀποδιδόασι τελείου. εἴη δ'ἂν λεγόμενον ἀπὸ τῶν ἴονθων· τὰς γὰρ τῶν τριχῶν ῥίζας ἴονθους λέγει Σοφοκλῆς κ. τ. λ. (Lehrs Ar. 152).	Schol. ξ 50 B.: ἴονθους λέγουσι τὰς ῥίζας τῶν τριχῶν. σημαίνει οὖν τὴν δασεῖαν· οἱ δὲ τὴν ταχεῖαν, παρὰ τὸ ἄδην ἰέναι. οἱ δὲ νέας, τῆς ἴονθους φυσάσης. — — οὐκ ἂν δὲ ἐπήνεγκε μέγα κ. δασύ, εἴ γε τὸ ἰονθ. ἐδήλου τὸ δασέος. ἴονθοι δὲ ἐξανθήματα ἀκμάζοντος σώματος.

Hic Apollonius videtur fontibus usus esse Apione et Aristarchi commentario atqve tertio aliqvo interprete. Scholii autem verba puto hominem prodere, lexici verba compilantem et corrigentem.

ἰωγή. ξ 533 Ar. sejunctim scripsit ὑπ' ἰωγῇ i. q. ὑπὸ σκεπῇ. Cui sch. l. l. repugnans, praefert conjunctum ὑπιωγῇ i. q. τῷ σκέποντι κ. ἀπείργοντι τὸν Βορρᾶν τόπῳ Cf. Ap. lex.

ἡ ὑποκάτω γῆ, Schmidt emend. ὑπαγωγή. Aliam qvoqve lectionem Apoll. peculiari glossa tractat: ὑπιωγή (p. 160) ὑπαγωγή. Qvo cum accedat, ut h. l. ἰωγή reddat αἰγιαλός, apparet eum varios eosdemqve inter se contrarios adiisse fontes.

καλάμην. Apollonium deprehendimus ipsa Ar:i verba e commentario, qvam accuratissime potest, referentem. Scholia ad ξ 214 illa qvidem eadem fere habent, verbis tamen tam variatis, ut multo propius a fonte abfuisse Apollonium qvam scholiastam appareat. Tum exemplo luculentissimo docet lexicon, qvomodo Ar. in continua poetae interpretatione versatus verbum verbo expresserit. Conferre enim juvat Homeri versum: ἀλλ' ἔμπης καλάμην γέ σ' ὀίομαι εἰσορόωντα γιγνώσκειν — cum paraphrasi: ἀλλ' ὅμως καὶ τὸ λείψανόν σε ὁρῶντα τοῦ σώματος οἴομαι ἐπιγινώσκειν οἷος ἤμην ἀκμάζων ἐγὼ κ. εὐσθενῶν. Praeterea usus vocis καλάμη metaphoricus diserte docteqve enucleatur.

In articulis κατὰ στεφάνην (97) et στεφάνη (144) eadem iisdem fere verbis repetuntur. Utrobiqve Ar. N 138 vertit ἀπ' ἄκρου τοῦ ὄρους: cui explicationi Ap. aliam addit, nescio cujus, ἐπὶ τῆς κυκλοτεροῦς καταφορᾶς et Comani ἀπὸ τοῦ ὑψηλοτάτου μέρους; alias lexici explicationes, ab aliis fontibus repetendas, praetereo. στεφάνη vero articulum, qvippe qvi multo plenior et disertior sit qvam alter, puto esse genuinum, alterum autem postea intrusum. (Cf. Hes.).

κέρᾳ ἀγλαέ. Nisi hic articulus corruptissimus est, magna cum socordia limisqve oculis Apoll. Ar:um legerit necesse est. Primum ait glossographos κέρ. ἀγ. (Λ 385) intellexisse ταῖς θριξὶν ἀγαλλόμενε· κέρα γὰρ τὴν τρίχα λέγεσθαι; aliter autem Ar:um sensisse: ὁ δὲ 'Αρ. κυρίως ἀκούει τὸ τοῦ βοὸς κέρας, οἷον τὸ κεράτινον συρίγγιον· τὸ γὰρ παλαιόν, πρὸς τὸ μὴ ἀποτρῶξαι τὸν ἰχθύν [τὴν ὁρμιάν adde e scholl μ 253. Ω 81], τῷ ἀγκίστρῳ προτίθεσθαι τοῦτο, τὸν δὲ Ὅμηρον μηδέποτε εἰρηκέναι κέρας τὴν τρίχα. ὅθεν ἐπὶ τοῦ κέρᾳ ἀγλαέ, τόξῳ ἀγαλλόμενε. Haec qvam male inter se cohaereant, qvam omni nexu et ratione careant, ultro patet. Verum illud qvidem est, Aristarchum aliqvot locis vocem κέρας proprio illo sensu accepisse, ut iis ipsis qvos Apoll. respicere videtur, μ 253.

Π 408. Ω 81, ubi omnia scholl. consentiente voce testantur eum βοὸς κέρας reddidisse τὸ κεράτινον συρίγγιον. Si vero inde colligit Ar:um censuisse, vocem κέρας ubiqve constanter hunc proprium sensum habere, magnopere fallitur et Ar:o recusanti errorem ingerit. Nam prorsus aliter de illo testatur sch. Λ 385: ἡ διπλῆ ὅτι κέρᾳ οὐ τῇ τριχί ψιλῶς, ἀλλ' ἐμπλοκῆς τι γένος. ἐς κέρατος τρόπον ἀνεπλέκοντο οἱ ἀρχαῖοι κ. τ. λ. ἔνιοι δὲ τῷ τόξῳ· ἀγαλλόμενε· προείρηκε δὲ „τοξότα λωβητήρ.“ Qvid? qvod ultima illa ὅθεν κτλ. plane perperam sunt conclusa neqve e praecedentibus seqvuntur; *) nam prorsus alia exspectari poterant. Sed Apoll. per id erroris labi videtur, qvod duas Ar:i observationes ad plane diversos locos spectantes (κέρᾳ ἀγλαέ) (Λ 385) et βοὸς κέρας (μ 253 etc) permiscet et confundit. Nisi vero putemus articulum ejus primo integrum a librario postea esse corruptum et confusum. Ac fieri potest, ut post 'Αρίσταρχος aliqvot verba exciderint, priorem observationem absolventia, et deinceps aliqvot ante κυρίως, posteriorem incipientia. Qvae secundum schol. Λ 385 hoc fere modo restitui poterint: — — κέρας γὰρ τὴν τρίχα λέγεσθαι. ὁ δὲ 'Αρίσταρχος [οὐ τῇ τριχὶ ψιλῶς, ἀλλ' ἐμπλοκῆς τι γένος. ἐπὶ δὲ τοῦ „κάτ' ἀγραύλοιο βοὸς κέρας ἐμβεβαυῖα“ (Ω 81)] κυρίως ἀκούει κ. τ. λ. Qvae si ita sunt, de extremis ὅθεν — — — τόξῳ ἀγαλλόμενε sic fortasse judicandum est, ea postea interpolata esse ab aliqvo, cui non satisfaceret perversa vocum κέρᾳ ἀγλαέ interpretatio in lexico obvia. Aut forsitan pro ὅθεν scribendum sit οἱ δὲ; cf. sch: ἔνιοι δὲ etc. v. Ameis-Hentze Anhang zu Hom. Il. 1875, p. 92.

κερδαλεόφρων ἐκ παντὸς κερδαίνειν φρονῶν, διό κ. φιλοκτεανώτατον εἶπε. ὁ δὲ 'Αρίστ. φρόνημα κερδοῦς ἔχων, ἤγουν ἀλώπεκος. Ad extrema verba intellegenda cf. Et. M. 505,34 κερδώ, ἡ ἀλώπηξ, ὡς παρὰ τὸ Εἰδοθέα Εἰδώ, οὕτω κ. παρὰ τὸ κερδαλέα κερδώ Hanc vocis etymologiam etiam ap. Hes. extare considerans, suspicor illud ἤγουν ἀλώπ. qvidem esse genuinum,

*) Ni forte Arist., Apollonio teste, φ 395 (μὴ κέρα ἶπες ἔδοιεν . . .) respiciens, inde collegerit etiam Λ 385 κέρας pro arcu accipiendum esse. Tum vero Apollonius et Aristonicus, qvae Aristarchi fuerit sententia, mire inter se discreparent.

qvamqvam non ab Ar:o additum. Credat enim qvisqvis vult φρον. κέρδους ἔχων Ar:um intellexisse „vulpis mentem habens, nec" homo dolosi vel callidi ingenii —"! Ceterum in lexico non solum recentior hujus vocis usus proponitur „lucri cupidus, avarus," sed etiam Homericus, qvem Ar. observaverat, „callidus". Item Apoll. sub κερδαλέον (eadem p. 98) recentiorem usum vocis exprimit his: περιποιοῦντα [κέρδη addo ex Hes.] κ. ὠφέλειαν, Arist:i autem explicationem his: ὅταν δὲ λέγῃ „— Σίσυφος — — κέρδιστος — —" (Z 153) ὁ συνετώτατος κ. πανουργότατος. Qvibus cf. sch. Z 153 ἡ δ. ὅ. τὸν συνετὸν κ. κερδαλέον οὕτως λεγει, οἱ δὲ νεώτεροι τὸν φιλοκερδῆ — — (L. Ar. 117). Ap:i autem πανουργάτ. et sch. κερδαλ. idem valent, siqvidem ille supra habet glossam κερδαλέον, πανοῦργον. Ergo optime hi inter se consentiunt. (Cf. scholl. ζ 148. ο 451 περδαλ. = πανοῦργον). Aristarchum vero speciosa etymologia permotum et deceptum, neqve locis Homericis examinandis et inter se comparandis, (vide imprimis hos A 149. Δ 339. ν 291. ο 451) hujus vocis usum proprium invenisse, eqvidem ut credam, minime adducor.

κῆλα ποτὲ μὲν τὰ ξύλινα βέλη (A 383). ἐπὶ δὲ τοῦ Διὸς (M 280), οἱ μὲν τὰ σημεῖα, τὰς βροντὰς κ. τὰς ἀστραπάς, ὁ δὲ Ἀρ. φησι κ. ταῦτα βέλη εἶναι τοῦ Διὸς . . . Item scholl. Λ 584. M 280. Dipla igitur adversus eos posita fuit, qvi, cum Iovis tela intellegi posse negarent, qvia deo non deceret talia fingi, pro fulminibus et ostentis κῆλα accipiebant.

κλίσιον in ω 208. De h. v. aliorum aliae ferebantur sententiae; qvarum Heliodori, Apionis, Aristarchi lexicon refert. Secundum Villoisonis versionem haec erat Aristarchi sententia: κλ. est undiqve circa domum et veluti ex stramentis et frondibus teneris aedificatum aliqvid (ἐκ στιβάδων), cui innixae sellae ponebantur, ita ut in eo sedentes possent coenare et somnum capere." Prorsus eadem habet schol. Porphyrii ad l. l., additis tantum his: ἵνα μὴ ἄλλος οἶκος ᾖ τοῦ Λαέρτου, ἄλλο δὲ τὸ κλίσιον, ἀλλ' ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Λαέρτου κ. τ. λ. qvae eadem fere, qvamvis non ex Aristarchi auctoritate, in initio articuli nostri leguntur: ἀντὶ τοῦ ἐν τῷ οἴκῳ [Λαέρτου?]. Qvare puto h. l. scholii fontem fuisse Apollo-

nium. Posteriorum autem interpretationes referri videntur schol. Q. V. ad h. l.: περίφραγμα . . . ἕξεδράν τινα σιγματοειδῆ, ἐν ᾗ ἔκειντο οἱ κλισμοί, ἢ κρηπίδωμα, ἐφ' οὗ ἐκαθέζοντο ἢ ἐκοιμῶντο, qvibus Aristarchi obscura verba aliqvantum illustrantur.

κλυτόπωλος. Explicationem Aristarchi qvam lexicon perhibet, Lehrsius utpote ineptam illi abjudicat (Ar. 153). Nescio tamen an audiendi notioni, qvam voci κλύειν Ar. tribuit, convenienter sententia evadat, qvae sensu poetico haud omnino careat, haec: „'Αιδης κλυτόπωλ. est Pluto, qvi moribundos visens planctus movet, cujusqve praesentia qvasi manifesta fit lamentationibus et ululatis, qvi circa mortuos audiuntur."

κραταιγύαλοι. ὁ 'Αρίστ. θώρηκος γύαλον οὐ τὸ κοίλωμα [fortasse secundum schol. E 99 legendum οὔ τι κοίλ. ὡρισμένον] τοῦ θώρακος, ἀλλὰ τὸ ὅλον κύτος κ. τ. λ. (cf. lex. Ap. s. θώρηκ. γύαλον p. 89). Qvare A. κραταιγ. per periphrasin hic reddit: τοὺς [κατὰ?] τὸ ὅλον κύτος ἰσχυρούς. Cf. sch. T 361 ἡ δ. ὅ. οἱ κραταιοὶ κατὰ τὰ γύαλα κ. κύτη . . Omnia haec via recta ab Aristarcho manaverunt.

κρατευτάων. Interpretationem plenam et accuratam ipsis Ar:i verbis afferri persuasum mihi est.

κρῖ. Integra observatio: „κρῖ i. q. κριθή non est per apocopen a κριθή dictum, ut qvidam putarunt (sic etiam Et. M.), sed transformatum femininum genus in neutrum κρῖ." Cf. lex. κευθμῶν (p. 98 Cap. III) et κυκεῷ (p. 105).

λάων (τ 229 κύων ἔχε ἐλλὸν ἀσπαίροντα λάων) . . σημ. τὸ βλέπων. ὁ δὲ 'Αρίστ. ἀπολαοστικῶς ἔχων. βέλτιον δὲ τὸ πρῶτον. His confer schol. τ 229: ὁ μὲν 'Αρίστ. λάων, ἀπολαυστικ. ἔχων· ὁ δὲ Κράτης λάων — — ἀντὶ τοῦ βλέπων, ὅθεν κατὰ στέρησιν ἄλαος ὁ τυφλός. Scholiastes cum plura habeat qvam Apollonius, ab illo sua sumere non potuit; tamen cum magnopere inter se conveniant, utriqve idem fons profluxisse videtur, qvi necesse est aut scholiorum illud corpus aut Aristarchi commentarius fuerit (ita ut scholion ab Aristonico profectum sit). — Aristarchi etymologia etiam G. Curtio placet.

μῆνις . . . 'Αρίστ. δὲ κότος πολυχρόνιος, ἀπὸ τοῦ [ἐμμένειν ἤγουν Lehrs emend.; Et. M. μένειν] ἐγκεῖσθαι. Omnia scholl. testantur χόλον ab Ar. eodem sensu acceptum esse, ac μῆνιν. (L. Ar. 133). Qvam vero μήνιδι ille tribuerit notionem, scholl. non indicant, Apoll. dicit. Ergo χόλος qvoqve κότος πολυχρόν. significare putabat. Vide Cap. III χόλος.

νέον et ὄρθια. — Adverbiorum vice neutra adjectivorum interdum fungi Ar. observaverat. Hoc Apollon. tradit in his articulis. — „νέον ἡβόωντα" (I 446) μεταφράζει 'Αρίστ. νεωστὶ ἀκμάζοντα. Item schol. ad l. l. — „ἤϋσε θεὰ . . . ὄρθια" (Λ 10) 'Αρίστ. ἀνατεταμένως.

νεῶν δ' ἀλάπαζε φάλαγγας. Totius loci explicatio, qvae, prout νέων aut νεῶν scribitur, diversa fit. — — 'Αρίστ. φαίνεται περισπῶν, ἵν' ᾖ τὰς πρὸ τῶν νεῶν τάξεις· ἔνιοι δὲ βαρυτονοῦσι — — τὰς τῶν νέων ἀνδρῶν τάξεις intellegentes. Fieri potest, ut has duas opiniones ex eodem fonte noster sumpserit, qvi vero utrum fuerit commentarius Ar:i, ubi contrarias saepe inter se comparatas esse sententias constat, an, id qvod potius suspicari licebit consideranti singulas explicationes laxe inter se cohaerere ac totum sermonis colorem tam incertum et ambiguum esse, collectio illa explicationum, dijudicare nolo. Recentiorem illam explicationem etiam schol. V. h. l. exhibet.

νηλεῖ οἷον ἀνηλεεῖ. (sic pro lexici νηλεῖς οἷον νηλεεῖς Vill. Hes. νηλέϊ χαλκῷ Γ 292 explicat τῷ ἀνηλεεῖ) [νηλιτεῖς inser.] ἀναμάρτητοι, παρὰ τὸ ἀλιτεῖν (Vill. corr.) καὶ τὸ νή στερητικόν. — — ὁ δὲ 'Αριστ. ἁμαρτωλοί. Cf. Et. M. 603, 49 his adens: — — παρὰ τὸ νη τὸ ἐπιτατικὸν κ. τό ἀλιτεῖν. Etiam haec non ipse commentus est lexicographus neqve ipsum Aristarchi commentarium inspexit, sed ex eodem fonte hausit unde sumpta sunt scholl. τ 498 νηλίτιδες: παρὰ τὸ ἀλιτεῖν. 'Αριστ. δὲ τούς πολυαμαρτήτους. ἄμεινον δὲ τοὺς ἀναμαρτήτους. B. et νηλιτεῖς: λίαν ἁμαρτωλοί· ἄλλοι ἀπέδοσαν τοῦ νή ἐπιτατικοῦ ὄντος. ἄμεινον δὲ τὰς ἀναμαρτήτους, συγκειμένης τῆς λέξεως ἐκ τοῦ νή στερητικοῦ. V. His inter se collatis, scholiorum B. et V. archetypum ex eadem explicationum collectione atqve lexici articulum manasse opinor.

περιρρηδής περιρρησσόμενος, περικεκλασμένος. βελτίον δὲ μεταφορικῶς περιρρεόμενος (περιερριμμένος Hes.), βάλλεται γὰρ καὶ τὸ ποτήριον κρατῶν, ὡς ἅμα τῇ πόσει περίρρεῖσθαι πεσόντα. ὁ δὲ Ἀριστ. „στροβηθεὶς, περιφερὴς ἔπεσε τῇ τραπέζῃ [ἐπὶ τὴν τράπεζαν?], ὡς περικλασθῆναι περὶ αὐτήν. χ 84.“ Hic nescio an bis legatur eadem Aristarchi sententia, primum qvidem inter alias glossas, nullo auctore laudato, breviter tantum proposita, mox iterum in disertiore explicatione, nomine auctoris adjuncto. Vix enim dubitari potest, περικεκλασμένος et ὡς περικλασθῆναι etc, ad idem περιρρηδής illustrandum adhibita, qvin eidem auctori originem debeant. (Cf. Hes.) Atqve hoc qvid sibi velit, apertum est. Prima enim glossa simul cum aliis, usqve ad πεσόντα qvae seqvuntur, a glossarum corpore illo, altera e commentario Ar:i manavit. Priori articuli parti respondent schol. χ 84: περικλασθεὶς ἢ περιρραγείς· ἢ περιρρεόμενος ἢ περιρρυεὶς ἢ περιφερής. V. et Orus in Et. M. περιρραγὴς, περιρρυείς· οὕτως Ἀλέξανδρος ὁ Κοτυαεύς. Πῖος δὲ περιφερής, περιρυής. Sunt omnes ejusdem generis interpretationes atqve eae, qvas Apoll. habet; qvae aut ab etymis ῥήσσω, ῥήγνυμι aut a ῥέω hanc vocem repetunt. E communi igitur fonte haec omnia promanavisse videntur. Ceterum luculentum Aristarcheae periphrasis specimen praebet hic articulus; nam verbum verbo redditur vs. χ 84, ita ut v. c. voci περιρρηδής respondeant περιφερής ὡς περικλασθῆναι . . voci δινηθεὶς vox στροβηθείς, et sic in aliis.

πεφράδοι διασημάνειεν (haec ipsa lexicographi sententia ab Arist:o petita). ὁ δὲ Ἀπίων ἀντὶ τοῦ εἴποι (sic pro lex. ἀνείποι Lehrs), τοῦ Ἀριστάρχου σεσημειωμένου ὅτι τὸ φράσαι οὐδέποτε ἐπὶ τοῦ εἰπεῖν τάσσεται. — Huc assume e p. 165 φραδέος συνετοῦ, δυναμένου ἐπιφράσασθαι, ὅ ἐστιν ἐπινοῆσαι Ω 354. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ καὶ τὸ φράσαι [τὸ διανοήθητι addit Vill. ex Hes.*) Addiderim καὶ φράσον τὸ διασήμανον l. δεῖξον, **)] ὅπερ ἀγνοήσας Ζηνόδοτος μεταγράφει „σὺ δὲ φράσον“ (sic pro cod. φράσαι lego A 83), οὐδέποτε τοῦ ποιητοῦ ἐπὶ τοῦ εἰπεῖν τάττοντος τὴν

---

*) aut sic. aut σκέψαι (Hes.) vel e schol. λόγισαι.

**) vel forte κ. τὸ φράσαι ἐνεργητικῶς τὸ διασημᾶναι l. δεῖξαι v. supra sub πεφράδοι.

λέξιν. διόπερ 'Αριστ. ἐν τῇ Ξ (sic pro P Vill. emend.) τῆς 'Ιλιάδος ἠθέτηκεν [τὸ] „πέφραδέ τε Τρώεσσι καὶ εὐχόμενος." Huc enim hic versus, glossa φράδμων a loco suo diremptus divulsusqve, pertinet, ut recte jam divinavit Vill., dissentiente tamen Tollio, cui Ar:i observatio non fuit cognita nedum probata. — In A 83 igitur Ar. voluit φράσαι (perpende), Zenodotus autem aliter scripserat. Hoc enim illo μεταγράφει indicatur. *) Qvodsi Ar:i lectio fuit φράσαι, non potuit Zen., ut Apoll. vel potius librarius ejus oscitans perverse ait, φράσαι scribere, sed φράσον, id qvod etiam schol. A 83 diserte dicit. Ita scripsit Z. „ignorans" — qvid? teste lexico φράσασθαι mediā formā perpendendi, considerandi notionem habere. Potius dicere debuit φράσαι l. φράζειν non accipi dicendi, sed monstrandi sensu. (v. L. Ar. 84 sq.).

πλωτῇ λέγει μὲν ἐπὶ τῆς 'Αἰόλου νήσου, ὁ μέντοι Κράτης ἀκούει πλεομένῃ, ὁ δὲ 'Αρίστ. κινουμένῃ κ. πλεούσῃ. Hos duos grammaticos inter se certavisse et Ar:um adversum Cratetem diplas posuisse (M. Sengebusch Hom. diss. I, 59) consideranti suspicio subnasci potest, Pergameni opinionem non ex ipsius scriptis, sed ex Aristarchi auctoritate Apollonio cognitam fuisse. (vid. prooemium nostrum, de Cratete). Concedo tamen haec ex eodem glossarum corpore manare potuisse atqve scholia κ 3, qvae eadem fere atqve lexicon, modo disertiora et amplificata, continent: ἔνιοι μὲν τὴν ἐμπλεομένην οἷον τὴν ἐμπλεομένοις τόποις κειμένην νῆσον, ἢ ἐπιθετικῶς λέγει τὴν Αἰολίαν. ὁ δὲ 'Αρίστ. — — ἀντὶ τοῦ φορητῇ οἷον περιφερομένῃ, ὥς ποτε μὲν ἐν τοῖς δεξιοῖς, ποτὲ δὲ ἐν τοῖς ἀριστεροῖς ὁρᾶσθαι et alia multa. ἐν δὲ ἄλλῳ. προσπλεομένῃ ὑπ' ἀνθρώπων ἢ περιφερομένῃ ὑπὸ τῆς θαλάσσης. ἄμεινον δὲ τὸ πρότερον κ. τ. λ. H. M. Q. T. V. Cum haec scholl. non solum eadem habeant omnia qvae lexici articulus, sed etiam multo plura, fieri non potest, ut scholiasta lexicon compilaverit. Rectius dixeris Apollonium e scholiis vel potius e fonte qvodam communi sua hausisse. (Cf. sub λάων).

---

*) Cf. A 3 sch. „ἰφθίμους ψυχάς: ὅτι κακῶς τινες μεταγράφουσι ἰφθιμ. κεφαλάς.

πολύαινε. Qvod cum Ar. observarit esse πολλοῦ ἐπαίνου ἄξιε, non πολύμυθε, seqvitur ut glossa lexici (p. 14) αἶνος: — — ἔπαινος κ. τ. λ. etiam Aristarchea sit.

Σίντιες φημὶ (hoc φ. utpote sensu carens deleo) Ὅμηρος φαίνεται λέγων ἄνδρας τινὰς ἐθνικῶς, τὴν Λῆμνον οἰκοῦντας A 594 & θ 294. οὕτως δὲ καὶ Ἀρίσταρχος. (E qvibus patet lexicographum, qvam ipse sibi vindicat, sententiam Aristarcho debere). Excipiunt Apionis haec: Σίντιες οἱ σίνται (sic Bekk. pro σινωταί), κακοῦργοι ὅθεν καὶ ὁ λέων σίντης λέγεται. Sed qvae deinde adduntur τινὲς δὲ τοὺς ἐν Λήμνῳ κατοικοῦντας . . qvibus modo dicta inepte repetantur, utpote corrupta, sunt removenda. Tum Apionis interpretationem Apollonius refellit, non vero suis argumentis, sed Aristarchi observatione argumento usus. Hic id prudenter fecit, qvod, cum ab etymologorum nugis plerumqve abstineret, barbararum gentium nomina a graeca lingua non ducebat. Qvare nomen Σίντιες qvid significaret, minime curavit qvaerere, id satis habens dicere, hoc non esse graece reddendum neqve a graeca lingua ducendum, sed esse ψιλῶς dictum ἐθνικῶς. Qvo eodem argumento usus Apollonius Apionem impugnat.*) Qvam late autem hic error propagatus fuerit, e schol. θ 294 concludi potest: Θρᾳκῶν γένος οἱ Σίντιες — T. παρὰ τὸ σίνεσθαι και βλάπτειν, πειρατὰς ὄντας — ἢ ὅτι δοκοῦσιν αὐτοὶ πρῶτον ἐπινενοηκέναι τὰ πρὸς πόλεμον ὅπλα. E. Ἑλλάνικος οὖν φησι μιξέλληνας εἶναι κ. πολεμικῶν ὅπλων τεχνίτας Q. H. Item fere Et. M. 713,43.

σκῶλος. Lex. trinas praebet explicationes: lexicographi (σκόλοψ), Apionis; Aristarchi „ἀκάνθης τι γένος· ταύτας δ' εἰώθασι πυρπολεῖν.“ Sch. N 564 Ariston. tantum notat vocem semel esse dictam.

Σμινθεῦ. Hoc Apollinis cognomen (A 39) a σμίνθοι

---

*) Sed Apollonii verba φαίη δ' ἄν τις τὸ μὲν λέων σίντης ἐπιθετικῶς παρὰ τὸ σίνεσθαι, καὶ σίνται πληθυντικῶς, παρὰ τὸ βλάπτειν· certe sunt ita transponenda: φαίη — — — σίντης ἐπίθετικῶς καὶ σίνται πληθ. παρὰ τὸ σίνεσθαι ἤγουν (sic pro παρά) τὸ βλάπτειν — vel sic: φαίη — — — π. τὸ σίνεσθαι τὸ βλάπτειν, κ. σίνται πληθ.

(mures) ductum, qvidam pro deo Muricido acceperant; Ar. autem, „cum indignum judicaret deum coelestem eo ornari epitheto qvod deducerertur ab animalculo humi repente, ex urbe Trojana Σμίνθη nomen deduxit. Prior tamen explicatio postea Apioni arridebat, praesertim cum in Rhodo festi dies, Σμίνθια nominata, celebrarentur, qvod aliqvando, cum mures fructum vinetorum corrumperent, Apollo et Bacchus eos perdiderunt.“ (Vill.). Sic Apollon. commentariis usus Apionis et Ar:i. (L. Ar. 179). Cf. Preller Gr. Mythol. [3] I, 202. Ameis-Hentze Anh. z. Hom. Il. p. 34, ubi Arist:i explicatio refellitur. Cf. Curt. Stud. IX, 112. Schmidt. Hes.

στείνοντο ἐστενοχωροῦντο. — suam igitur explic. Apoll. primam proponit — — „περιστένεται (sic l. pro cod. περιστένε) δὲ [τε] γαστήρ“ (Π 163) 'Αρίστ. τὸ αὐτὸ ἀκούει, περιστενοχωρεῖται. Atqve hanc fuisse Ar:i interpretationem etiam scholl. testantur ι 219. Φ 220. Π 163. In qvibus si qvae ab Arist:o discrepare videntur, *) ea L. putat Aristonicum „largitum esse magistro haud gratiam habituro.“ (Ar. 153). Ceterum Apoll. plenam proponit Ar:i observationem, hoc tantum omisit, secundum illum στένεσθαι *non* esse στενάζειν, gemere (cf. sch. Φ 220).

στρεπτοῖο χιτῶνος τοῦ ὑποδετοῦ. (l. ὑποδύτου sec. sch. Φ 31) εἴρηται δὲ οὕτως διὰ τὸ ὑφαντοὺς ὄντας οἵους τε εἶναι στρέφεσθαι. ὁ δὲ 'Αρίστ. „τοῦ λεπιδωτοῦ, διὰ τὸ τὴν πλοκὴν τῶν κρίκων ἀνεστραμμένην εἶναι.“ De hoc vocabulo qvid A. senserit, minime constat. Lexico enim auctore loricam intellegere videtur catenis vel anulis consertam, loricam anulatam vel potius sqvamatam (λεπιδ.). Prorsus alia in schol. Cod. A illius memoratur sententia. Ad E 113 Friedlaender (Ariston.) ait annotatum fuisse στρεπ. χιτ. significare τὸν νηστόν secundum Φ 31. Et Φ 31: ἡ διπλῆ ὅτι στρεπτοὺς χιτῶνας τοὺς νηστούς· ὑποδύτας γὰρ εἶχον ὑπο τοὺς στατοὺς μαλάγματος ἕνεκα. His igitur testibus A. tunicam dixit textilem, linteam, mollem, qvae sub lorica indueretur; qvam eandem sententiam Ap.

*) Sunt haec Sch. π 163: βέλτιον δέ, παρεμπεπτωκέναι τὸ σ ὡς ἐπὶ τῆς φερεσβίου, ὥστε εἶναι περιστείνεται ἀντὶ τοῦ περιτείνεται κ. τ. λ.

proponit, priusqvam Ar:um laudat. Haec qvomodo inter se concilianda sint, nescio. Alteruter testis erret, necesse est. Si Aristonicus de magistri sententia erravit (id qvod ei interdum contigit; v. Lehrs Ar. 17 sq. et prooem. nostrum), videntur et ea qvae ipse dicit et qvae his similia in lexici articulo prodeunt ad posteriores Ar:i discipulos referenda esse, qvi qvid Ar. praecepisset in nonnullis ignorabant. (De ejusmodi „scholae errore" v. L. Ar. 17 sq.). Sin Ap. in errore versatur, e fontibus hausisse videtur vitiosis, qvibus confusa et corrupta magistri doctrina referebatur; scilicet hic locus grammaticos arguit, qvi, cum magistri placita modo mutata, modo leviter deflexa sua facerent, qvae ab illo aliena erant pro ejus doctrina falso evulgabant. Haud scio tamen, an Apoll. h. l. recte dixerit; cf. Seiler Wörterb.

συμφερτή. Primam Ap. affert Comani interpretationem vs. N 257 „συμφ. δ' ἀρετὴ πέλει ἀνδρῶν καί μάλα λυγρῶν," et oritur qvaestio, utrum ipsa hujus scripta ille inspexerit, an, qvum sciamus Aristarchum adversus Comanum scripsisse dissertationem (Sengeb. I, 59), ex illa eum cognoverit. Contrarias in partes de hac re disputari potest. Nam qvae in Apoll. lex. sub ἄταλλε et ὁλοοίτροχος Comani placita afferuntur, tam diffusa sunt ac verbosa, ut videantur ex ipsius scriptis sumpta esse. Praeterea si ex solo Aristarcho lexicogr. Comanum cognovisset, vix hujus opiniones attulisset nisi Aristarcho, ad eas vel refutandas vel defendendas, teste citato. Nunc vero ad ἀταλ. et ὁλο. Comanus nimius est in dicendo, Arist. ne verbum qvidem facit. Etiam ad στεφανός Com. multis memoratur, Ar. omissus est, qvamqvam per scholl. scimus hunc idem fere praecepisse atqve illum. At qvae sub στεφάνη et συμφερτή Comani laudantur interpretationes, satis disertae illae qvidem, eas ab Aristarcho concedo posse sumptas esse. H. l. leviter tantum ab Aristarcho discrepat Comanus. Qvi N 237 sic reddidisse videtur: „conventus l. collectio hominum imo ignavissimorum virtus fit h. e. virtutem qvandam efficere potest," ubi συμφερτή pro substantivo accepisse videtur, ἡ εἰς ταὐτὸ συνέλευσις. Aristarchus autem per paraphrasin „totam hanc sententiam evolvens" — ut ver-

bis utar Apollonii — „sic dicit: vehemens etiam ex ignavis in unum convenientibus oritur virtus.“ (de periphrasi v. L. Ar. 154). Lexicographus deniqve ipse sic: „nos antem intellegimus tamqvam συμπεριφορητή, id est, conspirans, e συμπεριφορά h. e. animo concorde,“ ubi conferri jubet Euripidis haec: „αὐτὴ πάντα συμφέρουσα,“ — — „et sensus erit: etiam ignavi inter se concordes fortiter dimicant.“ (Vill. vert.). Raro fit, ut lexicogr. suam ipsius sententiam aeqve plene ac diserte proponat. — Alias explic. v. Ameis-Hentze Anh. z. Hom. Il. h. l.

συνώμεθα. Ar. sic fere concludens inducitur: συνημοσύνας (X 261) poeta eodem fere sensu accipit atqve nos in vulgari consuetudine συμβόλαια et συναλλάγματα; qvare cum συημοσ. α συνιέναι ductum sit, συνώμεθα idem est qvod συμβόλαια ποιησώμεθα κ. συναλλάγματα (qvod Vill. vertit: „foedus ineamus, contrahamus affinitatem et nuptiale pactum faciamus,“ respecto versu N 381 ὄφρα συνώμεθα ἀμφὶ γάμῳ). His ct. sch. l. l. συνώμεθα: τοῦτο 'Αρ. δασύνει· ὑγίως. — — ταὐτὸν γὰρ τῷ συνθώμεθα. — ἀπὸ τοῦ ἵημι. Villoiso credit Ar:um voci συνίεσθαι notionem attribuisse nuptialis pacti faciendi ideoqve in paraphrasi vocem adhibuisse, qvae id proprie significaret, συνάλλαγμα. *)

σῶμα. Integerrima observatio; nam diplae et qvam haec respexit, explicationis ab Ar:o rejectae, disertis verbis mentio fit. Ea sola parte, qva vox δέμας memoratur, aliqvot desunt. Exciderunt forte haec: ἐπὶ δὲ τοῦ ζῶντος δέμας εἴρηκε κ. τ. λ. Sic etiam Vill. et Tollius judicant. (vid. L. Ar. 86. 160).

ὑπερικταίνοντο. In voce difficillima explicanda, in ψ 3 obvia, hos Ap. adiit fontes. Ab Aristarcho hanc accepit explicationem: ἄγαν ἐπάλλοντο [καὶ ἐκινοῦντο addo e schol.], προθυμουμένης αὐτῆς βαδίζειν μὲν ταχέως, μὴ δυναμένης δὲ, ἀλλὰ κατὰ βραχὺ διὰ τὸ γῆρας (sic secund. sch. pro cod. τὸ γήρως). Prorsus iisdem verbis schol. Unde lexicogr. colligit Ar:um sic divisisse verbum ὑπ-ερικταίνοντο, non ὑπερ-ικτ· (fort. ab

*) Nam Hesych. συνάλλαγμα: — — γαμικὸν συμβόλαιον.

aliqvo ἐρικταίνομαι i. q. *) πάλλομαι, κινοῦμαι). Deinde ex anonymo fonte (ἔνιοι δέ inscripto) disertam prompsit explicationem, unde haec excerpta adscribam: ὑπ-ἐρικταίνοντο — ab ἐρίξαι, διασχίσαι, collatis ἤριχε P 295 et ἐρεγμός i. q. „faba discissa" — ὑπερεσχίσαντο (sic l. -σχισοντο) κατὰ τὴν πορείαν· („supra modum findebantur in incessu" Vill.) — — — ὡσπερεὶ σχισμόν (ὡς περισχισμόν Vill.) τινα ποιούμενοι τῶν ποδῶν κ. τ. λ. — Tum Heliodorum laudat his: ὑποκατεκλῶντο οὐκ εὐτονοῦντες, incerta etymologiâ (? ὑπ-ἐρικτ.) — Deniqve ex alio fonte anonymo (ἄλλοι δὲ) haec ὑπερ-ἰκταίνοντο, ὑπερικνοῦντο διὰ τὴν προθυμίαν. Item Et. M. 779: ὑπερικνοῦντο· οἱ δὲ πόδες διϊκνοῦντο διὰ τὴν χαρὰν ὑπὲρ τὸ μέτρον τῆς δυνάμεως. — His explicationibus hae e schol. et Et. M. addi possunt: Crates voluit ὑπερ-ικταίνοντο, ἄγαν ἐπάλλοντο, ὑπερεξετείνοντο. — Lysanias: ὑπερικτ., ἔτρεμον (etym. incerta), (Et. M.). — scholiastes: ὑπερ-ικτ., a ἴκταρ i. q. ἐγγύς, παρέγινοντο. Ceterum hoc vocabulum maxime ideo a tot grammaticis tractatum est, qvod optimam praebuit ansam ad illam de media aspiratione doctrinam proponendam. (Vid. L. Ar. 311 sq.).

ὑπεμνήμυκεν. Priorem articuli partem Apoll. Ar:i commentariis, posterioem Apioni debet. Ar. licet saepe multos deinceps versus damnaret, non tamen semper recusavit, qvin in rejectis singula vocabula explicaret. Ac rejecit ille qvidem X 487—499, qvod tota illa Andromaches lamentatio esset ἀδιάθετος, male composita, sed verba πάντα δ' ὑπεμνήμυκε explanavit: ὁ 'Αρ. — ὑποκατανένευκε (sic L. em.). Sub ἐμνήμυκε p. 67 hac partim iterantur, omisso tantum Ar:i nomine; qvae fort. sunt interpolata. — Tum Apionis accedunt haec: ὑπομέμυκε κ. κλαίει κ. τ. λ. Cum Apollonio partim consentit sch. X 491: καταμέμυκε. κατεστύγνασε, κάτω βλέπει. ὁ δὲ 'Αρ. — — κατανένευκε. V. Cf. Et. M. „πάντά δ' ὑπεμν. Ιλιαδ. χ. ἔστιν ἠμύω τὸ ἐπικλίνω κ. καταπίπτω, — — ἤμυκα — — ὁ 'Αττικὸς παρακείμενος ἐμήμυκα κ. πλεονασμῷ τοῦ ν ἐμνήμυκε. Per qvas affectiones puto Ar:um qvoqve

---

*) Perverse igitur Villoiso lexici ἐπάλλοντο vertit „subsiliebant", qvasi hic de ἅλλομαι cogitandum esset.

hanc formam deduxisse. Apio a μύειν singultare eam duxisse videtur.

ὑπεροπλίσαιτο (ρ 268). — — ὁ Ἀρίστ. ἀποδίδ. νικήσειεν· (an τοῖς ὅπλοις. cf. Seiler Wörterb.) καὶ γὰρ οἱ νεώτεροι λέγονται ὁπλότεροι ἀπὸ τοῦ νικητικοὶ εἶναι ἐν τοῖς ὅπλοις. Hactenus Ar. Cui qvae opponit Apollonius — βέλτιον δὲ ἡμῖν φαίνεται — — [ἀκούειν] οὕτως ἐξησκημένον (sc. δῶμα) ὑπερηφανήσειεν. ὑπέροπλοι γὰρ οἱ ὑπερήφανοι κ. τ. λ. — incertum est, utrum ipse commentus sit, an ex alio fonte sumpserit. Est tamen haec explicatio, undecunqve originem repetit, melius exarata et disertior, qvam qvas alias explicationes e glossarum collectione sua expromere solet lexicographus; neqve enim verbis parcit nec tam jejuna et arida est qvam illae. Qvid? qvod recentiorum pleriqve hanc interpretationem illae Aristarcheae praetulere. Cum Apollonio nostro faciunt etiam schol. ρ 268 et Eustath. 1819, 32.

ὑπέρμορον. Ἀρ. τὴν δευτέραν ὀξυτονῶν, ὑπερμόρως ἀκού. Itaqve conjunctim scripsisse videtur. Heliodorus autem ὑπὲρ μόρον sejunctim, ὑπὲρ τὸ καθῆκον. Consentit cum hoc sch. α 34.

φαεινήν. Uberrimum lexicogr. hic adiit fontem, nam disertis multisqve verbis Arist:um inducit qvaestionem illam solventem, ad Θ 555 „φαειν. ἀμφὶ σελήνην“ et ζ 74 „ἐσθῆτα φα.“ a nugarum captatoribus propositam; et sunt verba inde a „φαεινὴν οὐ τὴν usqve ad finem ipsa Aristarchi, e commentario desumpta. Videmus ejus solvendi modum in eo positum esse, qvod observabat epitheta, qvae ab ipsa rerum natura sunt petita ideoqve perpetua dicuntur, ab Homero, nulla singulorum locorum ratione habita, constanter usurpari ac ne tum qvidem loco cedere, cum ad sensum alicujus loci minus bene qvadrare viderentur: — — οὐ τὴν τότε λαμπρὰν, ἀλλὰ τὴν φύσει λαμπράν — —. Similia scholl. ζ 74 habent. Qvamqvam necessitate coactum, aliis argumentis deficientibus, hoc eum tentasse crediderim. Qvod qvasi digito monstrare videtur sch. Φ 218 πλήθει γὰρ νεκύων ἐράτεινα ῥέεθρα: ἄκαιρον νῦν τὸ ἐπίθετον, ὅμοιον οὖν τῷ „ἐσθ. φα.“ κ. „ἄστρα φ. ἀμφὶ σελ.“ — (de toto hoc loco v. L. Ar. 199. 209).

φόβος. v. Lehrs. Ar. 75 sq. Verba, a qvibus lexici articulus incipit — Ἀρίστ. σεσημείωται — ostendunt ipsa A:i scripta h. l. a lexicogr. inspecta esse.

ὧδε. Etiam de hac voce qvid Ar. senserit, ab Apollonio optime edocemur: ὧδε numqvam est συνήθως ἡμῖν (*huc*, ut Zenodotus voluit), sed οὕτως: id qvod multis exemplis illustratur. Qvorum qvod Ἥφαιστε πρόμολ' ὧδε (Σ 392) paraphrasi reddit πρόελθε οὕτως ὡς ἔχεις, ἐκ προχείρου, μηδὲν ἀναβαλλόμενος, haec colore vere Aristarcheo se commendant (cf. L. Ar. 154). Cf. his scholl. M 359. Σ 392. Γ 297. M 346. α 182 alia multa (Lehrs Ar. 70. 379 sq.)

ὠτειλήν. Hic, lexico teste, Aristarchus usui Homerico repugnare ait Δ 140, ubi vulnus Menelai, qvamvis eminus sagittā vulnerati, ὠτειλή dicitur, cum Hom. τὴν ἐκ χειρὸς τρῶσιν tantum ἀτειλή dicat; qvare Ar. hunc versum rejecit. Integram igitur habemus observationem, multis scholiis confirmatam (apud Lehrs. Ar. 58). Et etymologia Apollonii παρὰ τὸ οὐτάσαι eadem Aristarcho probata fuit, v. schol. Ξ 518. Λ 266.

Si qvae adhuc singillatim tractavimus, sub unum aspectum subjecerimus, patebit Apollonium ea, qvae Aristarcho autore nominato tradit, ex his sumpsisse fontibus: — Maximam partem ipsius *commentariis* debet. Hoc optimo jure nobis videmur de iis contendere, ubi qvam maxime potest integra servata est Aristarchi observatio, aut — cum hoc paucis tantummodo contingat — ubi ea, qvae observationis Aristarcheae propria et singularia sunt, vel color et character Aristarcheus originem produnt ex ipsius scriptis repetendam.

1. Commentariorum (ὑπομνήματος) mentio fit ad ἐμπλήγδην et ἰονθάδος.

Signorum criticorum rara fit mentio. Dipla memoratur ad σῶμα; eodem spectat illud Ἀρίσταρχος σεσημείωται, qvod ad φόβος et πεφράδοι legitur. — Athetesis qvae ad obeli usum refertur, ad ἕρμα, πέφραδε (sub φραδέος), ὑπεμνήμυκε, ὠτειλήν memoratur. — Aristarchi observationes

cum locos attingerent variis explicationibus tentatos, duplicem saepe formam exhibuerunt. Nam altera parte interpretationes ab usu Homerico alienas refutabat, qvo tendit diplarum usus, altera usum Homericum stabilire studebat. Qvarum priorem Apollonius saepe omisit, cum id sibi maxime proposuisset, ut qvid significarent singula vocabula cognosceret, qvid *non* significarent levioris momenti esse putaret. Qvo fit, ut rarius utraqve parte integras proponat observationes.

Hoc tamen cadit in haec: ἀθεμίστων, ἑκατόγχειρον, κερδαλεόφρων, κῆλα, κραταιγύαλοι (sub γύαλος), κρῖ, πολύαινε, πεφράδοι, σῶμα, ὧδε. In qvibus tamen nonnullis non diserte dicitur hanc vel illam interpretationem ab Aristarcho damnatam fuisse, sed magis eo alluditur, cum aliorum interpretationes mox excipiat Aristarchi, praeeunte particula δέ, qvasi iis opposita. Interpretatio, qvam diplâ impugnaverat, partim latet, partim conspicua est, v. c. in ἐπήτη, (λογίῳ), μῆνις, Σμινθεῦ.

Plerumqve omissā eā sententiā, qvam Aristarchus signo critico impugnaverat, solam hujus interpretationem exhibet lexicographus, cui hoc ad consilium lexici magis aptum esse videretur. Qvod v. c. valet de his: ἐπαιγίζοντα, ἐπίηλεν, ἐπίηρα, ἐπιστάμενος (?), κλίσιον, κλυτόπωλος, κρατευτάων, στείνοντο, συνώμεθα, ὑπεμνήμυκεν, ὑπέρμορον, φόβος.

E commentariis Aristarchi ipsa ejus verba afferri videntur sub his vocabulis, ubi plenissima et integerrima ex ejus scriptis excerpta leguntur: ἀθεμίστων, δυσηλεγέος, ἐμπλήγδην, ἐπαιγίζοντα, ἐπίηρα, ἕρματα, ἑρμῖνα, ἰονθάδος, καλάμην, κῆλα, κλίσιον, κραταιγύαλοι, κρατευτάων, κρῖ, περιρρηδής, πεφράδοι, Σίντιες, σκῶλος, Σμινθεῦ, σῶμα, ὑπερικταίνοντο, ὑπεροπλίσαιτο, φαεινήν, φόβος, ὧδε, ὠτειλήν.

2. Alia est classis vocabulorum, qvorum explicationi ab ipso Aristarcho profectae adjuncta sunt alia aliorum explicandi conata, ab aliis fontibus repetenda. Videtur Apollonio vel, qvisqvis hoc lexicon concinnavit, praesto et in ma-

nibus fuisse corpus qvoddam scholiorum vel glossarum, qvo, auctorum nominibus omissis, brevi conspectu continebantur variae grammaticorum interpretationes. Qvi cum plerumqve ab Aristarchi disciplina essent, qvos magistri doctrinam partim mutatatam et deflexam, partim integram tradidisse scimus, eo fit, ut interdum ejus interpretationem bis legamus, qvalem et ipse proposuerat et alii tradiderant. Hoc cadit in ἑρμῖνα, ἰονθάδος (?), περιρρηδής, στρεπτοῖο. Saepissime tamen fit, ut Aristarcheam observationem excipiant vel cum illa conjunctae sint aliae sententiae, plus minusve ab illo differentes, partim a fonte qvem diximus, partim ab aliorum scriptis profectae, v. c. sub his: ἀντί, ἀβίων, ἀνακτορίῃσι, ἀνέχῃσι (?), δυσηλεγέος, ἐμπλήγδην, ἐπήτη, ἕρμα (?), ἰονθάδος, ἰόμωροι, ἰωγή, στεφάνη?, ὑπερικταίνοντο all. In his nonnulla sunt, ut ἀνακτορίῃςι et ἰονθάδος, in qvibus haec altera explicatio ad Aristarchum tam prope accedit, ut hoc ipsum jam per se auctores prodat Aristarchi discipulos. — Excipiunt vocabula pauca, qvorum interpretationes, qvamvis cum Aristarchi nomine traditas vel ejus opinionem inter alias insertam exhibentes, non tamen illi sed ipsius discipulis lexicon debere videtur, magistri doctrinam tradentibus. Ex qvo fonte manavisse videntur haec: ἄεθλος & ἄεθλα, ζῶμα & ζωστήρ, ἰόμωροι, λάων, νηλεῖ, πλωτῇ.

3. Loco postremo ponam nonnulla, qvorum explicationibus, ex Aristarcho excerptis, subjunguntur aliae commentationes, qvas ipsi Apollonio asscribere posse nobis videmur. Ejusmodi sunt sub his: ἀβίων, κῆλα, πεφράδοι, Σίντιες (?), σκῶλος, συμφερτή, ὑπεμνήμυκεν („βέλτιον δὲ τὸ πρῶτον“), ὑπεροπλίσαιτο.

Caput secundum.

Seriem hic proponam vocabulorum, qvorum explicationes cum Aristarchi adnotationibus, qvales cum alibi tum in scholiis Venetis leguntur, adeo conveniunt, ut Apollonius harum plurimas qvidem ex ipsis Aristarchi scriptis sumpsisse videatur. Hujus igitur sententiae qvam integerrimae persaepe sunt servatae. Qvid? qvod haud raro lexicographus iisdem plane verbis atqve Aristonicus utitur; et si qvando verbis discrepant, re tamen cousentiunt. *) Itaqve ab optimis primi capitis articulis hi eo tantum differunt, qvod Apollonius harum explicationum auctorem non laudat Aristarchum. Qvodsi tamen interdum non habet omnia, qvae ad rem cognoscendam pertinent, epitomatorum forsitan culpa contigerit, ut qvaedam omissa sint vel exciderint.

In his igitur Apollonium fontibus usum esse Aristarchi commentariis puto. Sunt tamen nonnulla, qvae potius e glossario qvodam Aristarcheo descripta esse videntur.

ἀβρότη — — νύξ ἀβρότη — — καὶ οἱ μὲν ἐρήμην βροτῶν — — οἱ δὲ τὴν ἀθάνατον, ἐξ οὗ ἡ θεία νοεῖται (cf. lex. Ap. νύξ). Easdem binas explicationes, lite non dirempta, Aristarchus proponit in schol. Ξ 78. Item fere Suidas. Aliter vero aliud schol. ad l. l. ἐν ᾗ φόνοι οὐ γίνονται — ἢ ἡ φῶς μὴ ἔχουσα κτλ.

ἄβρομοι. Ipsa Aristarchi verba haec esse videntur: σὺν βρόμῳ πολλῷ — — καὶ τὸ αὐίαχοι (N 41) μετὰ ἰαχῆς μεγάλης, ὡς ἀχανὲς πέλαγος τὸ μεγάλως κεχηνός. Mox Apionis

*) Hanc ob causam, ne eadem repeterentur, supervacaneum duxi ubiqve plenis verbis et numeris scholia adscribere ac saepe locos tantum significavi. Tantummodo qvorum ope Apollonius emendari posset aut qvae ad alias res cognoscendas utilia essent, ea plena descripsi.

sententia refutata, noster pergit: βέλτιον δὲ τὸ πρῶτον — — ἀεὶ γὰρ αὐτοὺς κεκραγότας εἰσάγει, οἷον Γ 2 — ἐν ταῖς εὐπραγίαις ἐπαιρομένους κτλ. Eandem etymologiam, eandem ex ipsa re petitam explicationem schol. Aristonici ad N 41 proponit. Cf. Lehrs Ar. Stud. p. 144.

ἀγορεύειν. Hoc vocabulum et κυρίως et καταχρηστικῶς usurpari jam Ar. animadvertit, ut schol. ad Σ 368 sine dubio Aristoniceum indicat. Cf. Hesych. s. h. v. et Lehrs. Ar. St. p. 148.

ἀγάασθαι. Vox est earum, qvae πολλὰ σημαίνει ideoqve ab Aristarcho adnotari solebant. Singulas significationes, eodem fere modo atqve Apoll., exhibent scholl. ad ζ 168. H 41. P 71, qvae ab Aristonico originem repetunt.

ἀγάννιφος ἄγαν χιονώδης. [Cf. Et. M. ἀγάννιφον: ἄγαν χιονώδη, πολύνιφον, ἄγαν βαλλόμενον νιφετῷ . . .] Mox Olympi duas regiones distinguit, superiores et inferiores, singularumqve condicionem proponit diversam; neqve totum montem nivosum esse, sed e ratione partium inferiorum ita appellari. cit. ζ 42 sqq. Ex his apparet Apollonium cognovisse, qvod Aristarchus permultis observationibus stabilierat, Olympum ap. Homerum montem esse, non coelum, et finxisse poetam — ut Lehrsii utar verbis (Ar. p. 165) — „Olympum ultra nubes cacuminibus eminentem; qvae infra nubes sint cacumina, hominum oculis exposita et nive tecta, qvae ultra nubes ab hominum oculis remota, ibi deorum domicilia, ibi aeternam claritatem esse.“ Haec omnia lexicographum ex Aristarcho sumpsisse, testes sunt scholia compluria A 497. Ω 104, et praecipue ζ 44, Lehrsio judicante Aristarcheum. Cf. etiam schol. V. ad A 420. Totum hunc locum Lehrsius diligenter tractavit p. 165 sqq.

ἄγαλμα πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται καὶ οὐχὶ τὸ ξόανον κτλ. Cf. Et. M. — — ἀγάλλεται κ. χαίρει, κἂν τε ἱμάτιον ᾖ, κἂν τε εἰκών· οἱ μεθ' Ὅμηρον ποιηταὶ ἄγαλμα τὸ ξόανον, qvae Apollonium reddunt integriorem. Sed Aristarchum haec explicatio resipit, nam et vocabuli usus Homericus statuitur et, qvam in vulgari consuetudine habet, significatio rejicitur. Atqve eundem haec referunt fontem ac scholl. γ 438 E. et γ 274

M. Q., qvae ad verbum cum illis consentiunt. Mox pergit scholiasta dicere, Homerum, ubi ea dixerit qvae generis notionem exprimant, speciem spectantia addere solere, ut hic: ἀγάλματα· τίνα οὖν ταῦτα; ὀφάσματά τε χρυσόν τε; qvae colorem prorsus Aristarcheum referre videntur. Huc etiam pertinet schol. σ 602 ὅτι τοὺς ἵππους ἄγαλμα εἴρηκεν κτλ., „qvo loco sine dubio stabilivit Aristarchus suam vocis ἄγαλμα interpretationem, qvae ad γ 274 et γ 438 exponitur," ut ait *Polak* (in libro inscripto „Observ. in Odysseae scholia" Lugd. Bat. 1869. p. 9) qvi, addendo ὅτι, Aristonico hanc observationem revindicavit.

ἀγγελίην. H. l. mentio fit Zenodoti lectionis in Γ 206; neqve tamen ipsam Zenodoti recensionem Apoll. inspexit sed ex Aristarchi autoritate eam cognovit (v. Prooem.). Ex eodem fonte explicationem ποτὲ δὲ ἀντὶ τοῦ ἄγγελος manavisse, collato scholio Γ 206, apparet.

ἀγήνωρ ἤτοι [ἐπὶ ἐπαίνου Et. M. et schol.] ὁ (hoc addo) ἄγαν ἀνδρεῖος κ. τ. λ. ἢ ὅταν [ἐπὶ ψόγου Et. M., schol.] αὐθάδης κ. ὑβριστής — — καὶ ἡ ἀγηνορία παραπλησίως κ.τ.λ. His similia habet sch. I 699, qvod etiam de media vocis significatione cum Apoll. consentit: ἡ διπλῆ ὅτι ἐνίοτε μὲν ἐπὶ ἐπαίνου — — νῦν δὲ ἐπὶ ψόγου κ.τ.λ. cf. sch. β 103.

ἀγέρωχοι. Hoc vocabulo qvasi exemplo usus Apoll. demonstrat, qvomodo vis et notio verbis subjecta, procedente tempore, in pejus mutari soleat: — — τοὺς γὰρ αὐθάδεις κ. ἀπαιδεύτους ἀγερώχους λέγομεν· ὁ δὲ Ὅμηρος τοὺς ἄγαν ἐντίμους, ἀπὸ τοῦ ἄγαν ἐπὶ τοῦ γέρως ὀχεῖσθαι· — — „Τρώων ἀγερώχων" (Γ 36), ὁμοίως δὲ καὶ ὅταν — — „Ῥοδίων ἀγερώχων" (B 654). Consentiunt haec plane cum scholl. Aristoniceis ad Γ 36 et K 430, nisi qvod etymologiam illam διὰ τὸ ἀγείρειν τὴν ὀχὴν = τὴν τροφήν, a nonnullis glossographis ad Rhodios adhibitam, noster omisit. Qvamqvam nescio, an, hac parte mutilatus, hic articulus in Et. M. integrior reperiatur. Etymologus enim postqvam usqve ad Ῥοδίων ἀγερώχων eadem prorsus ac noster proposuit, inde pergit: ἔνιοι δὲ τῶν γλωσσογράφων ἰδίως τούτους ἔδοξαν ἀγερ. λέγειν, ἐπεὶ νησιῶται ἐπεισάκτῳ τροφῇ χρῶνται ἀπὸ τοῦ ἀγείρειν ὀχήν κ.τ.λ., Ὁμήρου μηδέποτε

τὴν τροφὴν ὀχὴν εἰρηκότος· ἔπειτα κ. τοὺς Τρῶας, μηδαμῶς ὄντας νησιώτας — — οὕτως λέγει.

ἀείρας. Articulum Aristarcho deberi, apparet e schol. ad Z 264.

ἄελλα — — καὶ ὁ κονιορτὸς ἀελλώδης ἀελλής, οἷον ἂν τις ἀπὸ τῶν ἀελλῶν γένοιτο· „— — κονίσαλος ὤρνυτ' ἀελλής." Haec sic intellego, ab ἄελλα substantivo et vi et accentu distinguendum esse ἀελλής adjectivum, ut in v. Γ 13, ubi κονίσαλος ἀελλής pro κονιορτὸς ἀελλώδης. Cf. Et. M. ἀελλής: — — ἀελλώηδς, κονιορτώδης. His vero similia schol. habet ad Γ 13 ἡ διπλῆ ὅτι οὐ λέγει ὑπὸ ποδῶν ἀέλλης (subst.), ἀλλὰ κονίσαλος ἀελλής, ἀελλώδης.

Αἰγύπτῳ. Dicitur apud Hom. et terram significare et fluvium, qvem Νεῖλον Ἡσίοδος κ. οἱ λοιποί vocarint . . . Item Et. M. et scholl. Ariston. ad ξ 246.

αἰναρέτης ἐπὶ κακῷ τὴν ἀρετὴν κεκτημένος, Π 31. Paraphrasis ab Aristarcho profecta, ut indicat schol. Π 31. Alii autem scribebant αἰν' ἀρετῆς, versum sic explicantes: ἀρετῆς τί σευ ἄλλος ὀνήσεται. Ultima vero articuli verba, τὸ δὲ κατ' ἐπίτασιν δεινὸν κακόν ἐστιν οἷς ἂν δεινὸν φαίνηται, eqvidem me non intellegere confiteor. Villoiso vertit: „intensive autem dicitur δεινόν; qvod qvibusdam esse videtur maximum malorum". (?!) Etym. M. αἰναρέτη: ἐπὶ κακῷ κεκτημένη τὴν ἀρετήν. αἰνὸν γὰρ τὸ χαλεπὸν καὶ δεινὸν καὶ κακόν. — — οὕτως εὗρον σχόλιον Ἰλιάδος π'. (Vides hoc scholium cum nostro articulo communem habere fontem.) Itaqve sic fortasse Apollonius sit emendandus: τὸ δὲ κατ' ἐπίτασιν δεινὸν καὶ κακόν ἐστιν οἷς ἂν αἰνὸν φαινηται; ita ut αἰνόν sit summum malorum.

αἰδεῖσθαι eodem modo, atqve Ar. voluit, explicatur: ἰδίως προσδέχεσθαι τὸν ἱκέτην δι' ἐντροπῆς — — Item scholl. A 23, X 124, Ω 208 cett. Itaqve etiam scholl. Cod. Ven. B. ad A 23 et X 124 Aristarcho vindicantur.

ἄϊον. Propter communem significationem simul tractantur ἀΐειν et κλύειν et hic et postea s. κλύειν. Utrumqve κυρίως significare dicitur ἀκούειν, sed etiam generatim pro αἰσθέσθαι et ἐπαισθέσθαι usurpari. Eandem fuisse Aristarchi sententiam, e scholiis apparet ad O 252 (ἄϊον, ἐπῃσθόμην,

τῆς ψυχῆς μοῦ ἥψατο· τῷ εἴδει τὸ γένος.), ζ 185, Λ 532. Diplam igitur Ar. posuit, qvia Hom. speciem pro genere usurparet.

ἀΐδηλον ὅτε μὲν τὸ ἄδηλον, οἷον ἀφανές· ὅπερ καὶ ἀΐζηλον (sic pro ἀείζηλον, cf. schol.) λέγει, „τὸν μὲν ἀΐζηλον θῆκεν θεὸς ὅσπερ ἔφηνεν" (B 318 sc. draconem, qvem Deus in lumen prodiderat). Ergo Apoll. non ignoravit, qvid Ar. de hoc loco explicando praecepisset: schol. ad B 318 ὅτι Ζηνόδοτ. γράφει ἀρίδηλον (nonne ἀρίζηλον?) καὶ τὸν ἐχόμενον (sc. v. 319: λᾶαν γάρ μιν ἔθηκε Κρόνου παῖς — —) προσέθηκεν. ἔδει δὲ ἀΐζηλον. τὸ γὰρ ἀρίδηλον ἄγαν ἐμφανές, ὅπερ ἀπίθανον· μάχεται οὖν ὁ ἐχόμενος, ὃν γὰρ ἀναπλάσει, τοῦτον οὐκ ἀναιρεῖ. λέγει μέντοι γὲ ὅτι ὁ φήνας αὐτὸν θεὸς κ. ἄδηλον ἐποίησεν. Vid. Lehrs Ar. St. — Qvod ad activam hujus vocabuli notionem τὸν ἀδηλοποιόν attinet, Apollonio convenit cum Aristonico, nam ad B 435 in Etym. M. legitur: ἀΐδηλος: ὁ ὀλοθρευτικός· οὐ γὰρ ἄξιος Ἀριστόνικος δηλοῦν λέγων τὸν ἀδηλοποιόν. Lehrs Ar. p. 3. Cf. sch. π 29.

αἰθούσης τῆς παραστάδος (porticus Vill.), ἀπὸ τοῦ καταίθεσθαι ὑφ' ἡλίου, φ 390 et θ 57. Cf. schol. Aristarchi (Lehrs Ar. 152) Y Π αἱ δ' αἴθουσαι οὐ θρόνοι ἢ καθέδραι (contra Zenod. legentem ἐφίζανον pro ἐνίζανον) ἀλλὰ στοαὶ καὶ στυλωταὶ ἕδραι, ἢ τόποι ὑφ' ἡλίου καταλαμπόμενοι. Cf. Et. M. — — τὴν καταφωτιζομένην στοὰν κ. τὴν μετὰ τὸν πυλῶνα παστάδα.

ἄκρης πόλεως (num πόλιος?). Pertinet ad Z 257, cujus schol. Aristonic. cum articulo congruit. Eodem modo Hesych. s. h. v. — Cf. ἀκροτάτῃ κορυφῇ E 754 et schol. ad eund. l., Lehrs Ar. p. 165.

ἄκνηστις τὸ μέσον τῆς ῥάχεως, ἐφ' ᾧ κνήσασθαι οὐ φθάνει τὰ τετράποδα — — καὶ κνῆστις ἡ ῥάχις. Item Et. M. Sub κνῆστις (p. 101 Bek.) similia repetit lexicographus. Putares etymologiam tam ineptam et ridiculam Aristarcho non placuisse, attamen in schol. ad κ 161 eadem ipsi tribuitur. Vid. Lehrs Ar. p. 143, 144.

ἄκριτον ἀδιαχώριστον· λέγει δὲ ἐπὶ τοῦ πολυανδρείου· „τύμβον — " (H 336). Et. M. ἀδιαχώριστα, πολλά· ἀπὸ τοῦ κρῖναι — — Cf. schol. H. 336 ἀδιαχώριστον, ἀδιάστατον (nonne ἀδιά-

σταλτον? v. lex. ἀκριτόμυθον) — — πολυάνδριον, qvod Lehrsio auctore est Aristoniceum (Ar. St. p. 196). Cf. aliud schol. ad H 336 cod. B, qvod jam longius ab Apollonio recedit: ἄκριτον — — ἀγνώριστον, ἀχώριστον, ὅμοιον τῷ λοιπῷ πεδίῳ.

ἀκοστήσας οἱ μὲν κριθιάσας· ἀκοστὰς γὰρ τὰς κριθὰς λέγουσιν, ὅπερ ἐξ Ὁμήρου δυνήσονται. οἱ δὲ ὅτι στάσεως ἐπιζητήσας, διόπερ εἶπεν „δεσμὸν ἀπορρήξας“· ὃ καὶ βέλτιον. Haec mutilata esse patet. Atqve post Ὁμήρου addendum est οὐ, nam apud Homerum ἀκοσταί i. q. κριθαί nusqvam extat. Inter ὅτι et στάσεως qvaedam inserenda esse apparet, qvae ut inveniam, fortasse ope scholii jam mihi continget. Z 506 ἡ διπλῆ πρὸς τὸ ἀκοστήσας, ὅτι ἄλλοι ἄλλως ἀπέδωκαν· ἔστι δὲ ἤτοι ἐν ἄχει γενόμενος διὰ τὴν στάσιν ἢ ἄκος τι καὶ βοήθημα τῆς στάσεως ζητῶν. Itaqve sic emendo: οἱ δὲ ὅτι ἄκος τι (κ. βοήθημα) τῆς στάσεως ἐπιζητ. — Ceterum qvae lexicographus et schol. h. l. disserunt, eadem partim Et. M. uberius exponit: — — ἢ ἀκοσταὶ αἱ κριθαί, ἵν' ᾖ κριθιάσας κ. ὑπὸ τῆς τροφῆς ἀκρατὴς ὤν κτλ. — ἀκοστήσας autem per κριθιάσας a glossographis redditum esse, docent Suidas et Hesych. Unde vero illi hanc significationem duxissent, de hoc sententiae in diversum tendebant. Alii enim ab ἀκοστή (ut Apoll. lex., Et. M.), alii ab ἄκος = ἀπόπαυσις λιμοῦ τε καὶ δίψεως (Hesych.) hanc vocem ab illis derivatam esse credebant.*) De his glossographis v. Sengebusch Diss. I p. 52, 53, Lehrs Ar. 42 sqq. Prooem.

ἀλαλκομενηΐς Apollonius nomen ducit ab ἀλέξω, Arist. ab ἀλαλκεῖν, qvare uterqve „deam arcentem vel defendentem“ intellegebat. (Lehrs Ar. 180).

ἀλφεσίβοιαι. Articulus lexici ab eodem Aristarchi commentario originem repetit ac schol. Ariston. ad Λ 144, nam utriusqve eadem fere verba sunt. Eodem pertinet schol. Z 236.

ἀμήχανε ἀπροσμήχανε, [ἀπροσμάχητε Hes. add.]. Activam significationem omissam suppeditat:

*) Qvod vero Apollonius eiqve aeqvales, qvid glossographi illi veteres dixissent, adeo dissentiebant, hoc ipsum significat, hos non ex ipsorum scriptis sed ex auctoritate Ar:i aliorumqve illis fuisse cognitos.

ἀμήχανοι μηχάνην οὐκ ἔχοντες . . . Item fere scholl. K 167. O 14 et Et. M.

ἀμφὶ πελέκκῳ. τὸν στειλειὸν λέγει τῆς ἀξίνης πέλεκκον. ἀπὸ τοῦ πελέκεως πέλεκκον. His lucem affert Hesych. ἀμφὶ πελέκ.: πελέκιον δίστομον Κυρηναῖοι· ὁ δὲ Ἀρίσταρχος τὸν τῆς ἀξίνης στελεὸν ἀπέδωκε. Vox estat N 612, ubi Cyrenenses conjunctim legebant ἀμφιπέλεκκον, „securim bipennem" interpretantes. — Ceterum de horum studiis Homericis videas Sengeb. Diss. I p. 190 sq.

ἀπφίβασις. Duplex vocis usus distinguitur. Proprie enim, κυρίως, hanc significare τὴν περὶ τοῦ νεκροῦ μάχην — — ἀπὸ τῶν ἀλόγων ζῴων τὸ πλέον ἡ μεταφορὰ κτλ., translate τὸ ὑπερμαχεῖν. Disputationis summam ab Aristarcho acceptam esse, testantur scholia ad E 21, 299. Θ 331. N 420. P 4. A 37. — Huc etiam pertinet lexici glossa p. 130 περιβῆναι πεπτωκότος ὑπερασπίσαι.

ἀμφιβρότη ἡ περὶ ὅλον τὸν ἄνθρωπον ἀσπίς. Cf. schol. B 389 ὅτι περιφερεῖς κ. ἀνδρομήκεις αἱ ἀσπίδες. Item A 32. Propius etiam ad nostram glossam accedit schol. η 292 ἀμφίβρ. ἡ ἀσπὶς ἡ ἀμφοτέρωθεν τὸν βροτὸν περιέπουσα, et Et. M. s. ἀμφιβρότη: ἡ ἑκατέρωθεν τὸν βροτὸν σκέπουσα ἀσπὶς κ. κρύπτουσα, πάντοθεν ἴση.

ἀμφιγύοισιν τοῖς ἐξ ἑκατέρου μέρους γυῶσαι δυναμένοις, οἷον βλάψαι. [Etym. M.: — — γυῶσαι δυναμέν., ὅ ἐστι χολῶσαι — διὰ τῆς ἐπιδορατίδος κ. τοῦ σαυρωτῆρος: fortasse haec e lexico exciderunt] ἔνιοι δὲ τοῖς διὰ χειρός [fortasse: διὰ ἑκατέρας χειρός] δυναμένοις [scil. βλάψαι vel χολῶσαι) . . . Easdem varias explicationes, lite non dirempta, schol. exhibet ad N 147. Tertiam addit hanc: οἱ δὲ μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν γυίων, ὅτι ἑκατέρωθεν ἄκρον ἔχει· γυῖα γὰρ τὰ ἄκρα.

ἀνεμοτρεφές. Articulus optimus cum schol. Aristoniceo ad Λ 256 congruit. Qvamqvam haud scio an, forma genuina paulum deflexa, glossa Aristarchi et alia qvaedam in unum coaluerint. Nunc qvidem legitur articulus: ἀ.: τὰ ἐν τοῖς εὐηνέμοις τρεφόμενα δένδρα εὔτονα καὶ χρήσιμά φασι γίγνεσθαι· ὅταν οὖν λέγῃ „ἀνεμ. ἔγχος" [ἐπὶ hoc delend.] τὴν τοῦ δένδρου ἀρετὴν ἀναφέρει εἰς τὸ ἀφῃρημένον ἐκ τούτου δόρυ. κτλ. Initio articuli la-

tere suspicor glossam Aristarchi: τὸ ἐν τ. εὐην. τρεφόμενον. Hic interpungendum. Inde excipiunt ex alio fonte, commentario ut puto Arist:i, sumpta haec: [τοιαῦτα] δένδρα εὔτονα κ. τ. λ. ut supra. — Cf. Plutarch. in μελετῇ Ὁμήρου ap. Etym. M. s. h. v. —

ἀνέσαιμι. Articulus confusus, idemqve diversis e partipus compilatus. Unum tamen scholium ad β 185 aptum est, qvo Apoll. illustretur, nam Lehrsio suadente (Ar. p. 312) is, qvi ibi contra Hellanicum disputat, Aristarchus est: ἀνιείης: δασυντέον. ἔστι γὰρ ἀντὶ τοῦ ἀναπείθοις ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν κυνηγῶν κτλ. ψιλοῖ δὲ Ἑλλάνικος παρὰ τὴν ἀνίαν ἐνδεχόμενος, τὸ λυποίης· εἰ δὲ τοῦτο, ἐχρῆν γράφειν ἀνιῴης. τοιαύτη γὰρ ἡ δευτέρα συζυγία. H. M. Q. R. V. Atqve his lexicographus satis respondet, qvamqvam verbis nimis abundans: ἀναπείσαιμι, ἐποτρύναιμι, προτρεψαίμην κτλ. τοιοῦτον κ. τὸ „— — ἀνιείης“ (β 185). οὐκ ἀναγκαῖόν φησιν ἀπὸ τῆς ἀνίας ἀκούειν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπὸ τοῦ ἀνιέναι· — — διὸ καὶ ἐπιφέρει cit β 186 κ. τ. λ. Hic vero qvaeras: τίς φησι; Scilicet qvi per totum articulum loqvitur, ἀνιέναι praeferens verbo ἀνιᾶν. Aristarchum ipsum loqventem et adversus Hellanicum disputantem deprehendimus, et ejusdem sunt verba usqve ad ἔστι γὰρ ἀπὸ τῆς δευτέρας συζυγίας τῶν περισπωμένων ἀνιῶ ἀνιᾷς ἀνιᾷ et qvae ejusdem sunt generis. Qvae vero inde excipiunt ab ἔνιοι δέ φασι usqve ad λαμβάνειν δῶρα, qvippe qvibus jam dicta modo repetantur neqve novi qvidqvam addatur, haec videntur interpolatori adscribenda esse. Postrema seqvitur Heliodori sententia, ab Aristarcho non discrepans. A qva tamen nescio an abjudicanda sint haec τῆς μεταφορᾶς οὔσης ἀπὸ τῆς ἀνιημένης τῶν κυνῶν κατὰ τοὺς θήρας ἀφέσεως, qvae ex Aristarchi explicatione (cf. schol.) huc irrepserunt. — Ceterum ipsum Hellanicum legisse Apollonius non videtur, sed ex Aristarchi scriptis cognovisse. Qvum enim Hellanicus, Aristarchi aeqvalis, ab Homero Odysseam abrogasset unamqve illi reliqvisset Iliadem, hanc doctrinam Aristarchus cum in commentariis tum dissertatione singulari impugnaverat. Multae ad Xenonem et Hellanicum spectabant diplae, ut πρὸς τοὺς λέγοντας μὴ εἶναι τοῦ αὐτοῦ ποιητοῦ Ἰλιάδα καὶ Ὀδυσσείαν, πρὸς

τοὺς χωρίζοντας, πρὸς τοὺς περὶ Ἑλλάνικον (v. Sengeb. I 56 sq.). Ex his igitur vel aliis ejusmodi Aristarchi scriptis dictisqve hunc articulum sumptum esse puto; Aristarchum contra Hellanicum disputantem exscribens, Hellanici simul sententias describeret lexicographus, necesse fuit.

ἀνιεμένη et κόλπον ἀνιεμένη (p. 102). — Hi articuli ab eodem fonte promanaverunt ac schol. ad X 80. Cf. etiam scholl. Ξ 219. Z 400.

ἀναιδής. Cf. schol. Δ 521.

ἀνάεδνον. Cf. schol. I 146. Vide supra ἀλφεσίβοιαι.

ἄνθεσι μήλων — adde, qvod infra legitur p. 112, μῆλα. = schol. ad I 542. Cf. Eustath. 773, 48.

ἀξύλω οἱ μὲν ἀξυλίστῳ, ἐξ ἧς οὐδεὶς ἐξυλίσατο, δι' οὗ τὴν πολύξυλον πάντως ἀκούομεν· (proxima enuntiatio ab Apollonio ipso addita) οἱ δὲ πολυξύλῳ, ἐπεὶ τὸ α δηλοῖ καὶ τὸ πολύ, ὡ „ἀχανὲς πέλαγος·" οἱ δὲ ὁμοξύλῳ, ὁμοῦ ἐχούσῃ πεφυκότα κ. συνηθροισμένα τὰ ξύλα (= Aristonici θρυώδη v. schol.). Ad varios illos explicandi modos Aristarch. qvoqve attenderat, uno tamen ceteris praelato: βέλτιον δὲ ἀφ' ἧς οὐδεὶς ἐξυλίσατο. cf. schol. ad Λ 155. Atqve ejus commentarios hic ab Apollonio inspectos esse, vel eo apparet, qvod omnes, qvas schol. enumerat, significationes hic habet et earum illam, qvae Aritarcho placuerat, primam posuit, qvod casu factum non putarim.

ἀπειλεῖς accipi dicitur et proprie vel vulgari sensu (κυρίως) et vovendi vel gloriandi notione. Cf. Et. M. σημαίνει τρία, τὸ καυχῶμαι — — ἐπὶ δὲ εὐχῆς — — ἐπὶ δὲ ὀργῆς. Item scholl. I 682 ἡ διπλῆ ὅ. τὸ ἠπείλησε νῦν κατὰ τὴν ἡμετέραν χρῆσιν. ψ 863 νὺν ἠπείλησεν — — ηὔξατο.

ἀπίης γαίης. Praecedit glossa Aristarchi τῆς μακρὰν ἀπούσης. Tum demonstratur hac voce non, ut nonnulli voluerint, posse Peloponnesum significari, cum Hom. ipse alia testetur π 17, 18. Item scholl. Γ 49. A 270. η 25.

ἀποστήσωνται ἀποκομίσωνται σταθμῷ N 745. — schol. ad l. l. ἡ διπλῆ ὅτι μεταφορικῶς χθιζὸν χρεῖος τῷ ἴσῳ σταθμῷ ἀποκαταστήσωσι, τουτέστι μὴ ὃ ἡμεῖς ἐλάβομεν χθὲς νικῶντες, σήμερον εἰσπράξωσιν. Cf. etiam Et. M. (s. Στατήρ) — — δέδια

μὴ ὁ χθὲς οἱ Ἕλληνες ἐδάνεισαν χρέος, σήμερον ἀπολάβωσι. Itaqve Apollonii ἀποκομίσωνται = εἰσπράξωσι, ἀπολάβωσι. Sed schol. et Et. M. ansam mihi dant ad suspicandum, totam glossam, ab epitomatore nimis mutilatam, principio extitisse: τὸ χθιζὸν χρεῖος ἀποκομίσωνται ἴσῳ σταθμῷ κτλ. Ni forte sec. Hesych. sit scribendum: ἀποκομ. σταθμῷ γὰρ ἀπεδίδοσαν.

ἀπριάτην. Cf. scholl. ξ 317 B. P. Q. A 99. Vill. Ap. lex.

ἀπύρους τρίποδας τοὺς ἀναθηματικοὺς κ. εἵνεκα κόσμου κειμένους. ἐξ ἐναντίου δὲ ἐμπυριβῆτοι ἐν οἷς θερμαίνουσιν ὕδωρ. I 122. Ψ 270. Hic plenior et integrior servata est Arist:i adnotatio, qvam in exili schol. ad Ψ 267 σημ. τινες ὅτι ἄπυρον τὸν ἀναθηματικὸν ἕτερον τοῦ ἐμπυριβήτου. Cf. τρίποδας p. 154, ubi disertis verbis eadem observatio proponitur. Cf. etiam Et. M. s. h. v.

Ἄργος. Art. congruit fere cum scholl. Δ 171. Z 152. I 246. I 141. cett.

ἅρπυιαι. Primum proponitur versus υ 77 (ita enim lexici Σ τῆς Ὀδυσσείας emendadum), ab Heliodoro ita explicatus, ut sit pro nomine proprio haec vox accipienda, in Iliade vero (Π 150) rem aliter se habere. Tum opinioni repugnatur Timogenis cujusdam, qvi lexicon Παραφράσεις inscriptum composuerat: ὁ μὲν Τιμογένης ἐν ταῖς „Παραφράσεσιν" ἔδειξεν ὅτι κύριον ὄνομα Ἅρπυια, τὸ δὲ ποδάργη ἐπίθετον, πλανηθείς· τοὐναντίον γὰρ φαίνεται. ἐν γὰρ ἄλλοις τὸν Ξάνθον κ. Βάλιον προσαγορεύων ὁ Ἀχιλλεύς φησι „Ξάνθε τε καὶ Βάλιε, τηλέκλυτα τέκνα Ποδάργης" (T 400), ὥστε τὴν ἅρπυιαν ἐπιθετικῶς εἰρῆσθαι, οἷον τὴν ἁρπακτικὴν τοῦ δρόμου διὰ τάχους. Sed Aristarchi armis usus Apoll. de Timogene victoriam reportat. Nam cum Timogeni eadem ac Zenodoto placuisset sententia, qvibus hanc impugnaverat argumentis Ar., eadem Apoll. adhibet ad Timogenis opinionem confutandam, ut elucet e scholio ad Π 150. — De significatione autem vocis in Odyss. v. sch. α 241.

ἄριστον. Glossa Apollonii excerpta est ex adnotationibus Ar:i: cf. scholl. ad Ω 124. π 2 all.

ἀστεμφές ἀσφαλές, ἀμετακίνητον. — Hoc Aristarcheum; cf. schol. ad Γ 219. Unde vero ducta sint, qvae excipiunt ὅθεν καὶ τοὺς γερογνώμονας ἀστεμφεῖς λέγομεν κτλ., nescio. Cf. Et. M., ita vocem ducens: παρὰ τὸ στρέφω, στρεφής — ἀστρεφής — ἀστεφής — ἀστεμφής.

ἀστέρ' ὀπωρίνῳ. Cum lex. congruit sch. E 5.

ἀστυβοώτην. Cum lex. ad verbum consentit Ariston. schol. Ω 701.

ἄττα. Cf. sch. I 607 et π 31; Et. M. 167, 32. Cf. etiam τέττα, infra qvod legitur.

αὐέρνσαν εἰς τουπίσω εἷλκυσαν. Nec plura habet breve schol. ad Θ 325. Etym. M. αὐέρ.: εἰς τοὐπίσω ἀνέκλασαν τὸν τράχηλον τοῦ θυομένου ἱερείου — —.

ἀφήτορος Ἀπόλλωνος ἐπίθετον. κ. ἔστιν ὁμοφήτορος, (ita enim auctoribus schol. et Et. M. scribendum pro lexici ὁμοφορήτου) ὁμοίως πᾶσι προφητεύοντος καὶ οὐ (hoc addo ex. Et. M.) διακρίνοντος τὸν πλούσιον κ. τὸν πένητα· ἢ τοξότου, ἀπὸ τῆς τῶν βελῶν ἀφέσεως· οἱ δὲ γλωσσογράφοι — — τὸν στροφέα τῆς θύρας. In his verba a καὶ οὐ διακρ. usqve ad πένητα, qvae etiam in scholio desiderantur ad Γ 404, Aristarchi vix esse possunt. In Et. M. extant illa qvidem: ὁμοίως πᾶσι προφητεύοντα — — τῷ τε πένητι κ. τῷ πλουσίῳ. Glossographos, qvos Arist. dipla posita impugnaverat, Apoll. ex Aristarchi commentario cognovit una cum hujus explicatione, qvam ceteris praefixit. Haec ita esse patet e sol. ad I 404. (Cf. supra ἀκοστήσας).

αὐτῶς — — ματαίως B 342, — — αὔτως „οὕτως μίν φασιν φαγέμεν κ. πιέμεν αὔτως.“ Haec corrupta esse, manifestum est. Qvare in versu modo allato (π 143) οὕτως in οὔπω mutandum; qvod autem αὔτως per αὔτως redditur, hoc emendandum in ὡσαύτως vel ὁμοίως, qvae praebent schol. et Hesych. Explicatio ceterum Aristarchea, cf. schol. ad Σ 584. π 143.

βέλος πᾶν τὸ [ἀπὸ μήκοθεν Et. M.] βαλλόμενον, κἂν λίθος εἴη. „ὡς καὶ νῦν πόντονδε (pro corrupto πόντοιο δέ) βαλὼν —“ ι 495. Prorsus eadem habet schol. M 458, et his similia

ι 495. Aliam notionem lexicon omisit: schol. Θ 513 ἢ δ. δ. βέλος — — τὸ τρῶμα ὁμωνύμως τῷ τιτρώσκοντι.

βεβολημένος ὥσπερ ἐκ βολῆς τὴν ψυχὴν πεπληγμένος. et βεβλήατο βεβλημένοι εἰσί — —. Glossis duobus unum respondet schol. ad I 3, e qvo apparet, cum Zenodotus has duas voces inter se confudisset, Aristarchum earum discrimen fecisse idem, qvod etiam lexicographus hic proponit. Qvi tamen magistri sententiam, ut solet, brevissime, aliis verbis usus, refert. Articulus Et. M:i (s. h. v.) ad scholiastae sententiam proxime accedere videtur.

βοὸς κέρας ἤτοι περικείμενον τῇ ὁρμιᾷ κέρας ὑπὲρ τὸ ἄγκιστρον, ἵνα μὴ ἀποτρώγῃ ὁ ἰχθὺς [addendum puto, qvod habent Et. M. et schol., τὴν ὁρμιάν.] ἔνιοι δὲ τὴν τρίχα κέρας. Tertiam his addit significationem Et. M. οἱ μὲν κυρίως. Significatio illa, qvam primam exhibet Apoll. et de qva praedicat Et. M. ἄμεινον δὲ νοεῖν κεράτιόν τι προσκεῖσθαι κτλ., Aristarchi fuit, ut elucet e schol. ad μ 253 κέρας 'Αρίσταρχ. τὸ κεράτιον συρίγγιον ὁ ἐπιτιθέασι etc prorsus ut lex. Ap. Simili modo sch. Ω 81. (Cf. qvod diximus sub κέρᾳ ἀγλαε.).

βόας αὔας τὰς ἀσπίδας λέγει τροπικῶς, ἀπὸ τοῦ ὅλου τὸ μέρος. Cum his conspirat Et. M. 204, 5 βοῦν: Δωρικῶς (?) τὴν ἀσπίδα, ὅτι ἐκ βοείων ἐστὶ δερμάτων· συνεκδοχικῶς τὸ ὅπλον.

βῶν (num βοῦν, v. supra Et. M.) τὴν ἀσπίδα, H 238. Omnia ab Aristarcho profecta esse, indicat schol. ad H 238, ab Et. M. vix nihil discrepans, et M 105. — Didymus, scriptura βῶν rejecta, maluit βῶ (sch. ad l. l.).

βροτός ἄνθρωπος ὑποπεπτωκὼς τῷ βρότῳ, τουτέστι τῷ φόνῳ. — Et paullo post: βροτολοιγός ὁ Ἄρης ὁ διὰ τοῦ φονεύειν τὸν ὄλεθρον ἐπιφέρων· βρότος γὰρ ὁ φόνος. ἢ ὁ τοὺς βροτοὺς ὀλοθρεύων. Et. M. hoc vocabulo exemplo docet, accentu mutato mutari notionem: βροτολοιγός enim esse ὁ φθείρων τοὺς ἄνδρας, — — βροτόλοιγος autem παρέχειν ἔμφασιν ὅτι πάθος ἐστι, qvibus conferri jubet λιθόβολος et λιθοβόλος. Cum his compara schol. ad Ξ 7; videmus utriqve, et Apoll. et Aristarcho, eandem fere obversari cogitationem, nam hic intellegit βρότον esse cruorem hominis interfecti, ille ipsam caedem.

γέγωνε ἐφώνει. ἐνίοτε δὲ τάσσει τὴν λέξιν ἐπὶ τοῦ μεγάλου [φθέγγους addo ex scholii φθέγγεσθαι] καὶ δυναμένου μέχρι πολλοῦ ἐξακούεσθαι· qvi vero affertur locus ex Homero „τόσσον γὰρ ἔην βώσαντι γεγωνεῖν" fragmentum est duorum versuum M 337 et 338 male disturbatorum. — Qvod autem Aristarchus voluit huic voci ap. Hom. solam subjectam esse notionem „ἀκουστὸν φθέγγεσθαι" — cf scholl. ad Θ 223. ε 400. ζ 274. ι 479 — hunc usum Apoll. tantum *interdum* valere dicit, qvare, id qvod ei saepius usu venit, legem magistri aliqvantum remississe videtur.

γέρων. Cf. sch. B 21. γ 226. B.

γραπτῦς τὰς ἀμύξεις κ. καταξύσεις — — τοιοῦτο κ. — — „γράψας ἐν πίνακι" (Z 169) — — οἷον ἐγχαράξας σημεῖα πολλά. — Schol. ad l. l. ἡ δ. ὅτι ἔμφασίς ἐστι τοῖς τῆς λέξεως γράμμασι χρῆσθαι· οὐ δεῖ δὲ τοῦτο δέξασθαι, ἀλλὰ et cett. prorsus ut lex. Ap. Huc etiam pertinet lexici σῆμα i. q. σημεῖον θ 195, Ψ 326, cf. schol. Z 176.

γυῖα κυρίως πόδες κ. χεῖρες. Omisit, qvod Arist. monuit, οὐ πάντα τὰ μέλη, ceterum cum illo consentit; cf. schol. ad Ψ 627. Ω 514. Lehrs Ar. p. 112 sq.

γύαλον [οὐ τόπος τις κεχωρισμένος vel μέρος ὡρισμένον ἀλλὰ — e scholiis haec fere addi possunt] τὸ [ὅλον addiderim] κύτος τοῦ θώρακος N 507. τιθέασιν δέ τινες τὴν λέξιν καὶ ἐπὶ τῶν κοιλωμάτων [κεκοιλωμένα ἄντρα schol.] ὡς Ἡσίοδος „γυάλοις ἐπὶ Παρνησσοῖο. Hanc alteram sinificationem etiam alius, qvi infra legitur, articulus exhibet: θώρηκος γύαλον (p. 89) — — τὰ κοιλώματα κ. ὀγκώδη τῶν τόπων κτλ. Sic articulus noster optime congruit cum schol. marginali ad N 507, qvod ab Aristonico profectum est. Qvodsi scholia marginalia melius et accuratius, qvid Aristarch. ipse senserit et praeceperit, qvam exigua et jejuna scholl. interlinearia, exprimunt, id qvod probare studet A. Roemer („Ueber die Werke der Aristarcheer in Cod. Ven. A." 1875), fortasse etiam hic ipsum Aristarchum lexicographus expressit. Cf. etiam scholl. ad E 99. O 530. et Et M.

δείδεκτο ἐπὶ μὲν τοῦ τὰ ποτήρια τῇ δεξιᾷ ἐκτείνειν, („πλησάμενος οἴνοιο) δέπας δείδεκτ' Ἀχιλῆα" (sic vulgo I 224; Apoll.

vero memoria lapsus: δέδεκτο δέπας Ἀχιλλεύς), οἷον τῇ δεξιᾷ προέπιεν. — — Qvibus respici puto hanc observationem: I 224 ἡ διπλῆ πρὸς τὸ ἔθος, ὅτι πλήρη κ. οὐ κενὰ προέπιον, ὀρέγοντες τὰ ποτήρια.

δειλός. Lex. respondent scholl. Ψ 65. X 31. P 38. ε 299.

διδυμάονε δίδυμοι ἀδελφοὶ οἱ κεχωρισμένοι τοῖς σώμασιν· οἱ δὲ συμφυεῖς δίδυμοι λέγονται. Ita Apollonius, memor, opinor, Actoris filiorum, de qvibus Ψ 641 οἱ δ' ἄρ' ἔσαν δίδυμοι — — et schol.: Ἀρίσταρχος δὲ διδύμους ἀκούει οὐχ ὡς ἡμεῖς ἐν τῇ συνηθείᾳ — — οἷοι — οἱ Διόσκουροι, ἀλλὰ τοὺς διφυεῖς, δύο ἔχοντας σώματα — κ. τοὺς συμπεφυκότας ἀλλήλοις.

δίσκουρα. Cf. schol. Ψ 523. Pro δίσκου ὅρια Vill. maluit οὖρα, cf. Ψ 431.

ἕ ἐγκλινόμενον μὲν αὐτὸν ἢ αὐτὴν ἢ αὐτὸ σημαίνει Δ 534 & A 236. ὀρθοτονούμενον δὲ δηλοῖ ἑαυτὸν ἢ ἑαυτήν, οἷον Ψ 203.

ἑέ κατ' ἐπέκτασιν τοῦ ἕ ἀντὶ τοῦ αὐτὸν Ω 134, καὶ ἀντὶ τοῦ αὐτὸν Ω 532. — Cum his confer schol. ad Θ 396 Ἀρίσταρχος τὴν ἑ ἐγκλίνει καὶ Ἡρωδιανός. H. Ω 134 ἑέ: ἡ διπλῆ ὅτι οὕτως εἶπεν ἀντὶ τοῦ ἑαυτόν, ἑέ.

ἕθεν· „οὗς ἕθεν εἵνεκ' ἔπασχον . . (Γ 128) ἀντὶ τοῦ οὗς αὐτῆς, καὶ“ — — πρὸ ἕθεν κλονέοντα φάλαγγας“ (E 96) ἀντὶ τοῦ τὰς πρὸ αὐτοῦ κλονέοντα τάξεις. Nonne pro diversa significatione diverso modo scribendum? In Γ 128, ubi pro αὐτῆς valet, erit scribendum enclitice ἑθεν, in E 96, ubi reflexinum est, ἕθεν. — Haec qvamvis excerpta et nimium contracta, tamen Aristarchi sententiam referunt, ut patet collatis scholl. Herodiani ad A 114. Γ 128.

Huc etiam assumi placet vocab., de qvo eadem praecipiuntur,

σφίσι κατὰ μὲν τὸν ὀρθὸν τόνον ἐπὶ τοῦ ἑαυτοῖς, „τὸν δὲ δυωδεκάβοιον ἔνι σφίσιν τίον — — (Ψ 703), κατὰ δὲ ἔγκλισιν ἐπὶ τοῦ αὐτοῖς, „ἐπί σφιν [legendum: ἐπεί σφισιν] ἕρμα πόληος“ (Π 549) — porro: σφέας, κατὰ ἔγκλισιν, ἀντὶ τοῦ αὐτούς.

Lehrs Qvaestt. Ep. p. 115: „Reprehendunt Apollonius Dyscolus et Herodianus Aristarcheos, qvod legem statuerint de pronominibus tertiae personae primitivis, ubi recto ·ac-

centu proferantur, vim compositorum habere, i. e. οἱ esse ἑαυτῷ, σφίσι ἑαυτοῖς et reliqva; vid. Aristonic. sch. Σ 376: nam non convenire lectionem Homericam: complures esse locos, in qvibus illa, qvamqvam suum accentum servent, tamen significationem habeant simplicis αὐτοῦ, αὐτῷ: verum qvidem esse dicit Herod., ubi enclitice illa prolata sint, non nisi simplicis significationem habere, non contra." Apoll. Constr. 137, pron. 53; Herodian. sch. Δ 2. X 474. A 368. — Cf. sch. K 208. Y 2. Apoll. pron., p. 138 etc.

Videmus igitur Apoll. Sophistam in hac re Aristarcho assentiri. Idem praeceptum de ἑοῖ et εὗ valuerit necesse est, qvamqvam manca et nimis mutilata sunt qvae de his proferuntur.

ἑοῖ (sic legendum pro ἑοῖ) αὐτῷ· „ὡς ἴδε λαῶν ἔθνος ἑπισπόμενον ἑοῖ αὐτῷ" (N 495). — De hoc vocaculo sch. B 186 οἱ = αὐτῷ. ο 258 ἀεὶ ἡ οἱ προτασσομένη τῆς ἐπιταγματικῆς ὀρθοτονεῖται, σεσημειωμένου τοῦ „ἀλλὰ οἱ αὐτῷ Ζεὺς ὀλέσειε βίην" (δ 667) H.

εὗ σημαίνει τὸ [ἑαυτὸ] ἑαυτοῦ ἢ αὐτῆς· „εἴ πως εὗ πεφείδοιτο" καὶ „εὗ κράτος ἐστὶ μέγιστον." σημαίνει δὲ καὶ τὸ καλῶς B 253. Valde corrupta. Herodianus in sch. ad Y 464 ait: εἴ πως εὑ: ὁ μέντοι 'Αρίσταρχος — — τοῦτο μόνον ἀπεφήνατο, ἐγκλίνοντα δεῖν τῷ τόνῳ καὶ δασύνοντα λέγειν τὴν τρίτην συλλαβήν. σημαίνει γὰρ „εἴ πως αὐτοῦ." διὸ καὶ ἡ διπλῆ. Cujus doctrinae exiguas sane reliqvias lexici servavit articulus, insuper menifestis mendis deformatus. Qvod si, his correctis, omnia ad Aristarchi regulam conformavero, ita fere emendabo:

εὗ ὀρθοτονούμενον μὲν σημαίνει τὸ ἑαυτοῦ ἢ αὐτῆς, ἐγκλινόμενον δὲ τὸ αὐτοῦ ἢ αὐτῆς· „εἴ πως εὑ πεφίδοιτο" καὶ „εὑ κράτος ἐστὶ μέγιστον." κτλ. Plane qvemadmodum supra ἕ. (Cf. Lehrs Qvaest. Ep. p. 115.). Apollon. Pron. p. 49 aliter sensit: ἀδύνατον ἐγκλινόμενόν τι ἀρκτικὸν τίθεσθαι.

ἔδνα [l. ἕδνα] τὰ ὑπὸ τῶν μνηστήρων ταῖς μνηστευομέναις διδόμενα δῶρα. In eandem plane sententiam Orion in Et. M., ut articulum Apollonii integriorem reddere videatur, ἕδνα: τὰ πρὸ τοῦ γάμου ὑπὸ τοῦ νυμφίου διδομένα δῶρα τῇ νύμφῃ — — παρὰ τὸ ἥδω τὸ εὐφραίνω. οὕτως 'Ωρίων. (Vid. Ritschl de

Oro et Orione). Scholia Aristonicea in eundem sensum, N 366 ὅτι ἕδνα ἐδίδοσαν οἱ μνηστευόμενοι. Item scholl. ad N 382. Π 178. I 146. X 51 cett. Atqve schol. non Aristoniceum α 276 ἕδνα δὲ λέγει τὰ ὑπὸ νυμφίων διδόμενα, παρὰ τὸ ἕδραν κ. παραμονὴν προξενεῖν τῇ νύμφῃ. τὰ δὲ ὑπὸ πατέρων κειμήλια. ἕδνα τὰ διδόμενα δῶρα ὑπὸ τοῦ γαμοῦντος τῇ γυναικί. φερναὶ δὲ τὰ ὑπὸ τῆς γυναικός, παρὰ τὸ φέρειν εἰς εὐνήν E. Q. α 277 idem. β 53.

ἐείσατο ὡμοιώθη. (hoc delendum cum Tollio) τοῦτο ἐπὶ τοῦ ὡμοιώθη — — φανῆναι — — διελθεῖν — — εἴσομαι i. q. γνώσομαι. Aristarchus huic vocabulo diplam apposuit, ὅτι πολλὰ σημαίνει. Observavit enim εἰσάμενος N 45 esse ὁμοιωθείς, M 118 εἴσατο significare ὥρμησε κ. ἐπορεύθη ἀπὸ τοῦ εἶμι, ε 281 ἐφάνη, ϑ 532 γνῶναι, Θ 532 εἴσομαι esse γνώσομαι, Φ 335 πορεύσομαι etc. (Vid. scholl. ad ll. ll.) Cf. Et. M. εἴδω: σημαίνει ἑπτά κ. τ. λ.

ἔθοντες εἰθισμένως ἐπιφοιτῶντες. — τὸ αὐτὸ καὶ — ἔθων (I 540) ἐξ ἔθους παραγινόμενος — —. Explicatio Aristarchi est; id tantum omissum, glossographos ἔθων intellexisse βλάπτων (v. schol. I 540).

ἐλαύνωσι θερίζωσι (Λ 68). ἡ γὰρ ἐκ χειρὸς τύψις ἔλασις μεταφορικῶς· ἐλάσαι γὰρ τὸ ἐκ χειρὸς τύψαι. Hic nescio an qvaedam verba, ad notiones θερίζωσι et τύψαι inter se consociandas necessaria, desideremus, ad qvod etiam illud γάρ spectare videtur. Itaqve in hunc fere modum: θερίζωσι. [οἱ γὰρ θερίζοντες ἐκ χειρὸς τύπτουσι·] ἡ δὲ ἐκ χειρὸς τύψις κτλ. cf. lex. Ap. s. v. ἤλασαν: — — καὶ ὁ σκάπτων δὲ ἐκ χειρὸς παιεῖ. Sed verba illa ἐλάσαι γὰρ etc, cum modo dicta tantum repetant, sunt supervacanea et fortasse interpolatori attribuenda. Ceterum Aristarchus docuit ἐλαύνειν cum οὐτάσαι, τύψαι, πλῆξαι eodem loco habendum esse: cominus ferire vel icere (Lehrs Ar. p. 64, 65), cf. scholl. ad Λ 68, ζ 9.

ἔναρα σκῦλα. Cf. Et. M. s. v. σκῦλα, λάφυρα, [καὶ?] τὰ πολεμικὰ ὅπλα, ὡς ἐπὶ θώρακος κ. περικεφαλαίας κ. κνημίδος ἐκ τοῦ — — ἀρῶ, τὸ ἁρμόζω, ἃ ἥρμοσται τοῖς σώμασιν. Schol. K 528 et ad proprium vocis usum et ad sensum latius patentem attendit (περιεκτικῶς τόξα, δόρυ — —).

ἐναρίζει κυρίως μὲν σκυλέυει — — καταχρηστικῶς δὲ ἀνεῖλε — —. Uterqve usus jam ab Ar. observatus. V. schol. ad Z 417. H 146. Φ 485.

ἔντεα τὰ ὅπλα, κυρίως τὰ ἐντὸς περιέχοντα τὸν ἄνδρα, οἷον ἀσπὶς κ. θῶραξ κ. κνημῖδες [τὰ δὲ δόρατα κατ' ἐπικράτειαν addo e schol. K 75]. λέγει δὲ ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐννοίας καὶ τὰ ἀγγεῖα ἔντεα, ἀπὸ τοῦ ἐντὸς αὐτῶν τινὰ περιέχειν — —. Priore articuli parte ipsa Aristarchi verba referri apparet e scholiis K 23 et K 75. Qvare etiam pellem leoninam, qva indutus Agamemno ingreditur, ἔντεα appellari ad K 34 notatum est. Cf. schol. K 528. Ac fortasse etiam altera articuli pars eidem debetur auctori, siqvidem notio illa τὰ ἀγγεῖα qvasi suamet, ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐννοίας, a prima deducitur. Sic deniqve Aristonico tribuendum erit schol. η 212 ἔντεα δαιτός: [ἡ διπλῆ ὅτι?] τὰ σκεύη τὰ ἔχοντά τι ἔσωθεν τῶν [lege.: ἑαυτῶν] εἰς εὐωχίαν, οἷον κρατῆρες, πίνακες, κύπελλα. B. P. T. — Cf. ἐντεσιεργούς lex. Ap.

ἔναυλοι οἱ ἀπὸ τῶν χειμάρρων ποταμοὶ καταράσσοντες [itaqve Etym. M. ἐναύλους: τοὺς χειμερινοὺς τόπους emendandum: — — χειμερινοὺς ποταμούς], ἀπὸ τοῦ ἐν τοῖς αὐλῶσι γίνεσθαι τὰς καταφοράς· αὐλῶνες δὲ οἱ ἐπιμήκεις κ. κοῖλοι τόποι. τουτέστιν οἱ εἰς μακρὸν κ. στενὸν διήκοντες ποταμοί. Harum explicationum altera, qvae etymologia nititur, Aristarcho placuit, v. schol. Φ 283 et χ 19; altera ex ipso loci Homerici sensu nasci videtur. Qvamqvam haud scio an principio inter se diversae, alia ab alio auctore profecta, in articulo nostro coaluerint; nam „torrentes hiemales“ et „in longum et arctum porrecti fluvii“ qvid communitatis inter se habeant, nescio.

ἐνδείνων [lege: ἐνδίνων vid. Hes. Et. M.] τῶν ἐντοσθιδίων, οἷον τῶν ἐντὸς [τῶν ἰνῶν κ. τοῦ? v. Et. M.] χρωτός. — — Fortasse ex Et. M. articulus noster restitui possit: ἔνδινα, τὰ ἔντερα οἱονεὶ ἔνιά τινα ὄντα, τὰ ἔντοσθεν τῶν ἰνῶν — — Hanc etiam Aristarchi interpretationem fuisse versus Ψ 806, e scholio colligi potest: ἀθετεῖται, ὅτι ἐνδίνων θέλει λέγειν τῶν ἐντοσθιδίων, σπλάγχνων, ὅπερ οὐχ ἁρμόζει, ἕως γὰρ τοῦ ἀμύξαι μόνον τὸν χρῶτα μονομαχοῦσιν. Cum igitur vocis ἐνδίν. significatio

loci sensui non conveniret, illum versum Ar. rejecit. Qvem qvi servari voluerunt, huic voci aliam subjiciebant notionem, ab Hesychio et Et. M. servatam. Et. M. ad Ψ 806: — — ψαύσῃ ἐνδίνων — —: τουτέστι τῶν ἐντὸς ὅπλων· ἀπὸ τοῦ ἐντείνεσθαι (Hesych. ἐνδύσασθαι) αὐτὰ τῷ θώρακι κ. τοῖς λοιποῖς ὅπλοις. οἱ δὲ ἀποδιδόντες ἐντέρων, ἀγνοοῦσιν· οὐ γὰρ μέχρι θανάτου μόνον ἔχουσιν (proxima duo verba exempo scholii emendo: μονομαχοῦσιν). De qva Seiler Lex. „Die von Hes. und Späteren gegebene Bedeutung von ἔνδινα, die doch nicht begrifflich darin liegt, ist wahrscheinlich erfunden, um den sonst ganz monströsen Vers Ψ 806 von Aristarchs Athetese zu retten. S. Döderlein, Lehrs, Kock u. a. Erkl.“

ἔνθα. Articulum restituo secundum Etym. M. ἐπὶ μὲν τοῦ τότε [δὴ] χρονικῶς „ἔνθ' αὖ Τυδείδης (pro Τυδείδῃ) — — [καὶ] „ἔνθ' ἄλλοι — —“ [ἀντὶ τοῦ τότε] κτλ. Conspirant scholl. α 18. Λ 759.

ἐντυπὰς ἐν χλαίνῃ. — — οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ περικεκαλυμμένως κτλ. Illud οὐδέ delendum esse liqvet. Ceterum articulus bene servatus optime conspirat cum schol. Ω 163.

ἐξεσίην κατὰ πρέσβειαν· παρὰ τὸ ἵημι ἥσω ἑσία καὶ ἐξεσία. Haec, qvamvis contracta, ex eodem transcripta sunt commentario, e qvo Herodianus haec sumpsit (schol. Ω 235) Ἀρίσταρχος δασύνει τὴν δευτέραν συλλαβήν· παρὰ γὰρ τὸ ἵημι, φησίν, — — παρὰ δὲ τὸν ἥσω μέλλοντα ἑσία — — κ. ἐξεσία κ. τ. λ. (Cf. Lehrs Ar. p. 306).

ἐπὶ κάρ' (sic Hesychium seqvens scribo pro ἐπικάρα) ἐπὶ κεφαλήν. [Et. M. ἐπὶ κεφ. κ. εἰς τὸ κάταντες] διὰ τοῦτο σημαίν. τὸ καταφερὲς τοῦ ῥεύματος, ὥστε δοκεῖν ἐπὶ κεφαλὴν φέρεσθαι. — — Congruit cum his schol. Π 392. Qvod vero sejunctim sunt scribenda ἐπὶ κάρα, neqve ideo in κάρα, ut putaris, sed in ἐπὶ caput glossae positum est, hoc in lexico nostro saepius usu venit, ut v. c. in ἐξ ἁλός (p. 70), ἐπί τ' ἤμυε (p. 71), κατὰ δ' οὖν ἕτερόν γε πέδησεν (p. 96), κατ' ἀμάξιτον alias, unde videbis hunc interpretationis instituendae modum, qvi a verbo levioris momenti incipiat, non fuisse inusitatum. Vid. tamen Villois. h. l.

ἔρρων μετὰ φθορᾶς πορευόμενος [schol. et Et. M. παραγενόμενος] — et ἔρρε φθείρου. Qvae excerpta esse videntur ex his vel similibus: schol. I 364 ὅτι — ἔρρων οὐ ψιλῶς παραγινόμενος, ἀλλὰ δυσαρεστῶν τῇ παρουσίᾳ φησίν, ἐνθάδε μετὰ φθορᾶς etc. Plane eadem scholl. Θ 239. Σ 421. κ 72.

ἕρσα (nonne „ἕρση?) δρόσος. λέγονται δὲ ἕρσαι κ. τὰ ἁπαλὰ τῶν προβάτων. Etym. M. ἕρσαι αἱ ἐν ἔαρι γεννηθεῖσαι ἢ αἱ ἁπαλαὶ κ. τελέως νέαι μεταφορικῶς, ὡς Ἀρίστονικὸς ἐν σημείοις ἕρση γάρ ἐστιν ὁ δρόσος. (Lehrs Ar. p. 3).

ἑταιρίσσαι. Cf. schol. K 242. N 456.

εὐχωλή = εὐχή, A 65, = καύχησις Θ 64. Simili modo εὔχεσθαι scholl. K 461, Φ 183—501; E 121, B 160.

η. E multis notionibus huic subjectis eas tantum tractabo, qvae doctrinae Aristarcheae vestigia servare videantur; atqve ordinis, in lexico adhibiti, nulla ratione habita, prout res poposcerit, singulas attingam. Itaqve: 1) η ψιλούμενον κ. περισπώμ. δηλοῖ σύνδεσμον παραπληρωματικὸν ἴσον τῷ δή, „ἐπεὶ ἦ πολύ — — A 169 — — et: ποτὲ δὲ παρέλκει τὸ η," ἀλλὰ τίη με — — K 432. Cf. Herod. in schol. Υ 251 περὶ τοῦ η τοῦ ὑποτασσομένου τῷ τί κ. τῷ ἐπεί — — ὡς τῷ τί ὑποτασσόμεν. — ἐγκλίνεται, τῷ δὲ ἐπεὶ περισπᾶται. Cf. Apoll. Dysc. „de Conj. p. 523. Synt. p. 307. — Herod. Io. Al. p. 42: de ἐπεί ἦ: — — ὁ η διαβεβαιωτικὸς ὢν ὁμοίως περισπᾶται —. Ὅτε παραπληροῖ μετὰ τί — — ὀξύνεται „τί ἢ δὲ σὺ κήδεαι" —. Trypho vero illud η in τίη non particulam esse, sed paragogen, ut in λεγοίη, φεροίη censebat. —

2) ἦ — ψιλουμ. κ. περισπώμ. — δηλοῖ δὲ καὶ ἀπορηματικὸν σύνδεσμον· — — Cf. scholl. ζ 125, qvae Herodiani esse videntur; demonstrant ἦ interrogativum vel dubitativum semper περισπώμενον esse.

Ab Aristarcho autem haec Herodiani originem repetere cum ex eo concludere licebit, qvod cum Apollonio consentiunt, tum e ratione, qvae Herodiano est cum Aristarcho. De qva breviter Lehrs. (Ar. St. p. 29): „Summum magistrum Aristarchum saepissime respicit, assentiens in plerisqve, raro et verecunde dissentiens."

3) (ψιλούμ. κ. περισπ.) δηλοῖ δὲ καὶ ῥῆμα τὸ ἔφη· „ἦ καὶ κυανέῃσιν“ (A 528). — Omisit, qvod de usu hujus verbi egregie observavit Arist.: ὅτι ἐπί τισι προειρημένοις τίθεται παρ' Ὁμήρῳ τὸ ἦ, οὐκ ἐν ἀρχῇ λόγων (sch. ad Y 114).

4) ψιλούμενον δὲ καὶ βαρυνόμενον δηλοῖ σύνδεσμον διαζευκτικόν, „ἢ εὖ ἠὲ κακῶς“ (B 253). Huc assumendum videtur, qvod paullo inferius legitur:

ἠέ. βαρυνομένης τῆς προτέρας· (h. e. quum prima syllaba accentu non est notata) σύνδεσμος διαζευκτικὸς γίνεται, „ἠὲ διατμῆξαι κοῖλον δόρυ νηλέϊ χαλκῷ, ἠὲ κατὰ πετρῶν (non πετράων. ἢ κατὰ πετράων βαλέειν vulgo) βαλέειν“ (θ 557)· περισπωμένης δὲ τῆς προτέρας ἀπορηματικὸς σύνδεσμος (cf. 2) γίνεται, οἷον „ἦε (non ἠὲ) περὶ πτόλιος μαχεύμενοι“ (a 113). Itaqve ἤ et ἠέ conjunctiones disjungendi, ἦ et ἦε interrogandi vel dubitandi. — Scholiorum testimonia qvaedam: ad β 29 ἠὲ νέων ἀνδρῶν ἦ: οὗτοι μὲν ἐγκλίνονται διαζευκτικοὶ ὄντες, οἱ δὲ ἑξῆς περισπῶνται· ἐρωτηματικοὶ γάρ. H. S. ad O 168 ἦ — ἦε: τὸ δεύτερον περισπαστέον ὡς ἐρωτηματικόν. H. — Qvid de his particulis ἤ et ἦ Aristarchei senserint, Lehrs diligenter disputavit in Qvaestt. epp. (p. 51 sqq.). Hoc vero notandum puto, Graecos omnino particula disjungendi, ἤ uti solere, ἦ interrogativa, sive simplex sit qvaestio, sive multis e membris composita. Vide Apoll. supra 2). Ubicunque igitur aliqvanto dubitativus vel interrogativus esset sensus, hoc exprimebatur accentu circumflexo τοῦ ἦ; et qvae Lehrs affert exempla ad illum usum „mirabilem“ — ut ait — explicandum, qvod pro postea in frequenti usu versantibus ἤ—ἤ scribebatur ἦ, haec omnia sunt enuntiata dubitativa. Qvod vero interdum etiam iisdem in enuntiatis ἤ scribitur, qvamvis manifestus sit sensus dubitativus, de hoc recte Lehrs ait: „Alterum igitur ἤ in his dubitativum esse, de eo dixi veteres consentire. Estne etiam primus? Judicarunt sic optimi, Herodianus et Apollonius. — — Haec igitur orietur qvaestio, cur in priore membro particula accentum deposuerit. Id veteres pro noto sumunt, caussam non addunt. Videtur mihi caussa excogitari posse. Scilicet in ejusmodi enuntiationibus ad alteram particulam qvodammodo languescere sentimus prio-

rem; unde factum fortasse, ut in priore membro deesse possit: in altero qvasi majore qvadam vi incidit, tanquam priore omnis dubitatio nondum satis expressa et declarata sit." (Op. cit. p. 52). — Herodian. ad A 190 διάνδιχα μερμήριζεν ἠέ — ἦε χόλον παύσειε: τὸν μὲν πρότερον σύνδεσμον βαρυτονητέον, τὸν δὲ δεύτερον περισπαστέον. διαπορητικὴ γάρ ἐστιν ἡ σύνταξις. Sexcenta alia. Totam Herodiani doctrinam Arcadius (p. 185) his breviter expedit: ὁ ἠ σύνδεσμος καὶ ὀξύνεται κ. περισπᾶται. καὶ ἡνίκα μὲν εὑρεθῇ διαπόρησις μετὰ διαζεύξεως, τότε ὁ ἠ ἐν τῇ ἀρχῇ ὢν ὀξύνεται, ἐν δὲ τῷ μέσῳ περισπᾶται. ἡνίκα δὲ εὑρεθῇ διαπόρησις ἄνευ διαζεύξεως, τότε ὁ ἠ εἴτε ἐν ἀρχῇ εἴτε ἐν μέσῳ περισπᾶται. Post 6:tam notionem fortasse excidisse putat Lehrs, qvod observassent veteres grammatici, in formula ἦ θέμις ἐστί adverbium esse ἦ ejusdem notionis ac ὡς, et ut huic saepe addatur τε, ex qvo fiat ὥστε, ita ex illa, eadem vocula addenda, ἦτε evadere. Putavit enim locum qvendam iu Anecd. Cram. I p. 192, de his ita praecipientem, ab Apollonii lexico desumptum esse. (Qvaestt. Epp. 44 sq). Cf. schol. Θ 111.

In rebus prosodicis multos ante Herodianum, qvi in hoc studiorum campo facile princeps habendus est, Aristarcheos versatos esse, notissimum est. Qvorum qvidem Ptolemaeum Ascalonitam et Tyrannionem minorem προσῳδίας Ὁμηρικάς scripsisse Suidas tradit. (Sengeb. Diss. Hom. I 37, 38; Lehrs Ar. 29). His igitur aut forte ipsi Aristarcho auctori Apollonium debere putarim, qvae hujus generis pauca hic in medium profert.

ἤδη τοῦτο ἀόριστον κ. χρονικὸν (Tollius vult ἀόριστον τὸν χρόνον, de qvo tamen dubito; v. Et. M.) δηλοῖ. ἐπὶ μὲν γὰρ παρῳχημένου κ. τ. λ, Articulus Etym. M:i ab Apoll. sumptus esse videtur: τὸ ἤδη ἀόριστόν ἐστι καὶ τρεῖς χρόνους δηλοῖ· ἐπὶ μὲν τοῦ παρῳχημ. κ. τ. λ. prorsus qvemadmodum noster. Itaqve emendare mallem ἀόριστ. κ. τρεῖς χρόνους δηλοῖ· Atqve integrior hic servata videtur Arist:i annotatio, qvam in schol ad Γ 184 — — ὅτι — — παραλλήλως — — τὸ ἤδη τῷ ποτέ.

ἠθεῖε. = scholl. K 37. Ψ 94.

ἤλασαν ἔσκαψαν. ἐπὶ (δὲ) τοῦ „τάφρον ἤλ. Μ 5, ἀντὶ τοῦ ὤρυξαν. ἐπὶ (Villois. ἀπὸ) γὰρ τοῦ ἐλάσαι, ὅ ἐστιν ἐκ χειρὸς πατάξαι· καὶ ὁ σκάπτων δὲ ἐκ χειρὸς παιεῖ (cod. παιαι.). Cf. supra ἐλαύνωσι. — Qvod vero haec vox in duas glossas diversas distracta est, hoc docere potest, qvomodo lexicon nostrum compositum sit. Saepe enim eandem vocem, qvum varias habeat aut formas aut notiones, plures efficere glossas videmus. Itaqve e commentariis homericis vocabula explicata excerpta et ad litterarum ordinem redacta esse apparet. Qvod autem, qvae e qvoqve vocabulo emanant notiones, aliam ex alia duci et ad unam qvasi principem notionem omnes referri oportuit, hoc nusqvam fere in lexico factum videmus, sed notiones ejusdem vocis, nullo inter se nexu, immo disjectae et male inter se digestae, enumerantur. — Sed aliud qvoqve annotandum puto. Illud ἔσκαψαν, qvod initio legitur, ad primam lexici formam non pertinuisse, sed e glossario qvodam huc irrepsisse videtur. Minime enim desideratur, cum mox excipiat locus poetae, per ὤρυξαν explicatus. Cetera Aristarchi sunt; cf. sholl. Λ 68. Μ 5. Ι 349.

ἤμονες ἀκοντισταί, καὶ ἤματα τὰ ἀκοντίσματα — — Haec ab Aristarcho manavisse, indicant scholl. Ψ 886, 891. Sed excerpta sunt; qvare e scholl. et Et. M. ceterum plane congruente addenda sit etymologia, qvam Apoll. non solet omittere, atqve varia lectio ῥήμονες. Cf. Et. M. ἦμα: τὸ ἀκόντισμα ἀπὸ τοῦ ἵημι τοῦ πέμπω (inde pro more suo diversa vocis πάθη enumerat) — κ. ἤμων ὁ ἀκοντιστής — —.

ἡρώων πάντες οἱ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἥρωες ἐκαλοῦντο. Ita etiam Arist., cf. scholl. Ν 629. Β 110. Ο 230. σ 423. Μ 165, — additis tantum: πρὸς Ἴστρον λέγοντα μόνους τοὺς βασιλεῖς ἥρωας λέγεσθαι ὑφ' Ὁμήρου. Eandem perversam interpretationem postea rursum invaluisse, ex Et. M. conjicere licet.

ἠώς. Cf. shol. Φ 111.

„θαυμαίνειν et θαυμάζειν non admirandi, sed spectandi notionem habent. Admirare autem est θεεῖσθαι, admirandus θεητός." In eandem sententiam scholl. Σ 496. Ω 394.

θέλειν τὸ δύνασθαι. Cf. schol. Φ 366. Correptam vero formam θέλω pro ἐθέλω Arist. non admisit (schol. I 551).

θυρεόν. — Explicatio est Ar:i, cf. L. Ar. 156.

ἱερὸν ἰχθύν ἤτοι τὸν μέγαν ἢ τὸν ἄνετον κ. διαφέροντα τῶν ἄλλων. Eodem modo schol. Π 407, his tantum additis: οὔ τι εἶδος ἰχθύος (πομπίλον, κάλλιχθυν) κτλ. Notionem ἄνετον, qvam Villois. reddit „solutum libereqve vagantem," ab iis profectam esse, qvi ἱερός a ἵημι ducerent, Et. M. indicat. Cum his conferre juvat Curtium Et. [5] p. 401: „ἱερός kräftig, heilig. — Skt. *ish-irás* („*ish* fem. Saft, Kraft, Frische, Muth") kräftig, frisch, blühend. (Cf. schol. εὐτραφῆ) — — die für Verbindungen wie ἱερὸς ἰχθύς, ἱερὴ ἴς allein passende Bedeutung kräftig, rege — —. Allerdings muss in der Blüthezeit der homerischen Epos, „heilig" schon die herrschende Bedeut. gewesen sein, aber in einzelnen Formen erhielt sich die ältere, sinnliche."

ἰθυπτίωνα τὴν εἰς εὐθὺ πετομένην (μελίην Φ 169). Eadem fuit Arist:i lectio et explicatio, cum Zenodot. scripsisset ἰθυκτίωνα, a κτεδόνες fibrae ligni, vel rimae et fissurae (γραμματοειδεῖς διαφύσεις); vide Aristonic. sch. Φ 169. Eustath. autem fallitur, cum Aristarchum legisse vult ἰθυκτίωνα.

ἰθὺς νηῶν (M 254) ἐπ' εὐθεῖαν, ὡς ἐπὶ τὰς ναῦς. — — τὸ δὲ παραπλήσιον „ἰθὺς πόλιος" (Φ 540) καθ' εὐθὺ τῆς πόλεως. Qvae vero inde excipiunt, ὅταν δὲ εὐθὺ χωρὶς τοῦ σ λέγῃ ὁ ποιητής, ἀντὶ τοῦ εὐθέως, cum ad tempus spectantia inter ea qvae τοπικῶς sunt dicta, parum apte inserta sint, atqve orationis contextum interrumpant, aut interpolata sunt, aut ad alium locum removenda. Mox enim pergit: καὶ (sc. τὸ παραπλήσιον) ἐπὶ τοῦ „ἰθυνομένων" (ζ 3) ἐπ' εὐθὺ προιεμένων τὰ δόρατα κτλ. Haec autem ab Aristarcho originem repetere, docent scholl. ad M 254. Y 79. M 137.

ἵκωμαι Cf. scholl. X 123. Ξ 260 B. L. ι 267.

ἱππόται. οἱ μὲν νεώτεροι ἱππότην τὴν φυγάδα λέγουσιν „ἱππότα Φοῖνιξ," ὅτι φυγὰς ἀπὸ τῆς πατρίδος πρὸς Πηλέα ἦλθεν (vid. I 470—480). ὁ δὲ Ὅμηρος οὐκ ἔοικεν ἐπὶ τούτου τάσσειν. ἔστιν οὖν ὁ ἱππότης ἱππικὸς κατὰ πόλεμον ὡς Νέστωρ κ. Οἰνεύς. — Tollius: „nusqvam in Hom. de Phoenice ἱππότα, sed ἱππη-

λάτα. — Sed Apoll. vel Apollonii potius interpolator de tertio aliqvo, praeter Nestorem et Oeneum, cogitasse videtur, qvi et ἱππότα dicatur ab Hom. et fuerit vere φυγάς. Memoria tantum hominem fefellit et Phoenicem suggessit loco *Phylei*, qvi revera confugit Dulichium, B 628." At ne illo qvidem loco ἱππότα aliud valet ac „eqves in bello," qvod epitheton ornans nihil ad fugam attinet, et Phoenix qvoqve ap. Hom. (I 478—480) fugisse narratur e Hellade patria, immo ad Peleum. Ergo non videtur Apollon. memoria falsus fuisse, sed de ipso Phoenice cogitasse, praesertim cum non Dulichium, sed id qvod Hom. ipse narrat, ad Peleum eum confugisse memoret. Qvare potius putaris, ut vult Lehrs., iis locis (I 432. Π 196. T 311), ubi nunc legimus: γέρων ἱππηλάτα Φοῖνιξ, Apollonium „γερήνιος ἱππότα" legisse. Qvod ad explicationem, cf. scholl. Ξ 117. 119. Tzetz. Hes. Scut. 216. Hesych.

χαλήτορα. = schol. Ω 577.

χαμμονίην τὴν ἐκ καταμονῆς νίκην. Hanc fuisse Arist:i interpretationem, scholl. indicant X 257 et Ψ 661, additis his: διὸ ἐπὶ τῶν μονομαχούντων κ. πυκτεύοντων, ἐπὶ δὲ δρομέων οὐκέτι. Et Etym. M. — — ἐπὶ παλῆς κ. πυγμῆς — — ἐπὶ δὲ ἵππων οὐδ' ἄν κτλ. Aliter vero Hesych.: τὴν ἐκ κατὰ μόνας μάχης νίκην, vel: κατὰ μόνους μάχην. v. Villois.

κασίγνητος. = scholl. Ω 47. O 545. Hic articulus eo memorabilis est, qvod, qvemodmodum Arist. solebat, in loco qvodam Homerico explicando positus est. Qvare qvae a scholiasta in eandem sententiam disputantur, a Friedlaendero non addici Aristonico, mirum mihi videtur.

καταθύμιος. = sch. K 383. P 201.

κελαινόν μέλαν. [exciderunt fortasse cum alia tum versus I 6 κῦμα κελαινὸν κορθύεται, qvo spectare videntur mox seqventia] τὸ γὰρ μὴ λεγόμενον πᾶν λευκὸν μέλαν ἐνομίζετο. τὸ δὲ κελαινεφὲς*) παραγώγως ἴσον τούτῳ. Hic delitescere videtur ἀπόρημα vel qvaestio grammaticorum, inepta illa qvi-

*) fort. addenda qvae sub τανύηκ. sunt: ἐπὶ μὲν τοῦ „κελαινεφὲς αἷμα" παράγωγον — — ἐπὶ δὲ τοῦ „κύδιστε μέγιστε κελαινεφές," σύνθετον ἀποδεδώκαμεν τὸ ὄνομα.

dem. Nam cum N 799 fluctus κύματα φαληριόωντα (Apollon. λευκανθίζοντα) dicantur, hic vero nigri, ideo nonnulli qvaesierunt, qvomododo fluctus nigri iidemqve albi a poeta dici potuissent. (Cf. Toll.) Solvit Apollon. qvaestiunculam respondendo, τὸ φαλῃρ. non esse album sed albicans, qvod igitur non omni e parte album sit, id etiam nigrescens dici posse. Cf. Eustath. 732, 30. — Extrema autem articuli pars Aristarchi est. Hic enim docuit, ut ταλαύρινον et τανυήκεας (ὄζους), sic etiam κελαιν. in κελ. αἷμα paragogice esse fictum h. e. alteram compositionis partem non significare, sed in κύδιστε μέγιστε κελαινεφές compositum esse. Vid. Ap. lex. τανύηκες. cf. schol. Π 768. E 289. Lehrs Ar. p. 309.

κεστός. = schol. N 28. Ξ 214. Lehrs Ar. 193.

κλητούς. = schol. I 165.

κλύειν vid. ἀΐον.

κληῖδας — — καὶ κληῖδες αἱ θύραι, παρὰ τὸ ἐπικλίνεσθαι [l. ἐπικλείεσθαι, Hesych.], καθό φησιν „εὐκληῒς ἀραρυῖαι (Ω 318) ταῖς κλεισὶν ἡρμοσμέναι. Haec cum sensu careant, corrupta esse videntur; qvibus tamen adjuvante scholio medela parari poterit. Ω 318 ἡ δ. ὅτι δύναται καὶ κατὰ σύνθεσιν εὐκλήϊς, εὐεπίκλειστος, χωρὶς δὲ τοῦ ἀραρυῖα. δύναται δὲ καὶ κατὰ συναλοιφήν, εὖ ταῖς κλεισὶν ἀραρυῖα. Unde liqvet duplicem fuisse hujus loci lectionem, alios igitur legisse: (θύρη) εὐκλήϊς ἀραρυῖα, alios (ut Tryphonem): εὖ κληῖς' ἀραρυῖα. Utriusqve lectionis etiam ab Apollonio primordio mentionem factam fuisse, inde apparet, qvod prior traditur, omissa explicatione, altera explicatur, omissa ipsa lectione. Itaqve in hanc fere sententiam articulus emendari poterit: καὶ κληῖδες αἱ θύραι (malim εὐκλήϊς ἡ θύρα), παρὰ τὸ ἐπικλείεσθαι, καθό φησιν „εὐκλήϊς ἀραρυῖα," ἡ εὐεπίκλειστος. — ἔνιοι δὲ „ἐὺ κληῖσ' ἀραρυῖα," ταῖς κλεισὶν ἡρμοσμένῃ. (De accentu εὐκλήϊς, non εὐκληΐς vid. Etym. M. s. Κληΐδες.)

κοιμηθέντι. = schol. Θ 482. Lehrs Ar. 114.

κόνις ἡ πεδιὰς [ἄμμος: addo e schol.] λέγεται κ. ἡ ἐκ τέφρας σποδός. καὶ τοῦ μὲν προτέρου [aut prae τοῦ μ. πρ. addendum ἐπὶ, aut haec verba in τὸ μ. πρότερον emendanda] cit. I 385, τὸ δὲ ὕστερον Σ 23. Qvae vero inde excipiunt

etymologica κίνις, κινήσεως cet., nescio an, ejusmodi sint recentioris doctrinae panniculi, qvorum maximam copiam praebet Etym. M. Cf. Et. M. v. κονία. Haec interpolata esse vel inde apparet, qvod, nullo sententiae nexu rationeve, laxe tantum cum praecedentibus conglutinata sunt, et sine ulla jactura omitti possunt.

κόπρος ἡ τῶν κήπων ὡς κ. ἡμεῖς. λέγει δὲ οὕτως κ. τὴν κόνιν. τὸ μὲν πρότερον „— — κοπρίσαντες" (lege κοπρήσοντες) ρ 299. τὸ δὲ δεύτερον „κυλινδόμενος κατὰ κόπρον" (Χ 414 agitur de Priamo in pulvere se volutante). — — κ. τὴν στάσιν τῶν βοῶν Σ 575. Secundam tantum significationem ab Arist. annotatam inveni in schol. Ω 164 (agitur de eodem Priamo), ubi observatur κόπρος esse σποδός; necesse est tamen etiam primam acceperit, qvamqvam, ubi de hominibus agatur, ita mutata significatione, ut sit de *pulvere* vel *cinere* cogitandum. Cf. sch. ρ 299 B.

κοτύλη πᾶν τὸ κοῖλον. ὁ δὲ Ἀπίων τὸ κοῖλον τῆς χειρός. κοτυλήρυτον αἷμα πολύ, ὥστε κοτύλῃ ἀρύσασθαι. Et. M. proxima verba ad exemplum Apionis accuratius explicat: — τὸ πολὺ κ. τοσοῦτον τῷ πλήθει ὥστε καὶ τῷ κοίλῳ τῆς χειρὸς δύνασθαι ἀρύεσθαι. Schol. Ariston. Ψ 34 ὅτι ψιλῶς προενεκτέον κοτυλήρυτον· οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς ῥύσεως ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἀρύσαι. κοτύλη δὲ εἶδος ποτηρίου κοίλου. Ἀρίσταρχος πολύ, ὥστε κοτ. ἀρύσ. Fortasse in lex. post κοτύλη excidit explicatio, qvam habent scholl. Χ 494 et Ψ 34 εἶδος ποτηρίου. (Lehrs Ar. 308.).

κουρίξ — — τὸ τῆς κόρης λαβέσθαι· (Respicitur χ 187, 188 — „ἑλέτην ἔρυσάν τέ μιν εἴσω κουρίξ," qvare nescio an caput glossae primitus fuerit κουρ. ἑλέτην vel ἑλεῖν.) ἔνιοι δὲ κουρικῶς οἷον νεανικῶς. Primam explicationem Aristarchi fuisse, alteram Cratetis, schol. docet ad χ 188, ubi pro τῆς κόμης legendum κόρης ἐπιλαβόμενον. Et. M. habet κόρσης, τουτέστι τῆς κεφαλῆς. Probabile est utramqve explicationem ex eodem fonte profluxisse, scilicet ex Aristarchi commentariis, in qvibus hic et qvae ipse et qvae adversarius sentiret, proponere solebat.

κρεῖον. Hic, ut saepius, duae notiones, qvae ne minima qvidem societate inter se conjunguntur, inscite confusae

sunt: βασιλεῦ et τὸ κρεοδόχον ἀγγεῖον. Altera Ar:i est; cf schol. I 206 adversus Euphorionem, κρεῖον idem esse ac κρέας contendentem.

κροαίνων ἔνιοι μὲν (h. e. Archilochus, vid. schol. cf. Prooem.) ἐπιθυμῶν, οἱ δὲ (Aristarch.) ὅτι ἐπικροτῶν τοῖς ποσί. Cf. sch. Z 507. Hic igitur, ut saepe alias (cf. ἀξόλῳ) varia proponuntur explicationes, nulla ceteris praelata.

κυνάμυια ἡ ἀναιδὴς κ. θρασεῖα· καὶ [γὰρ] κύνα ἀναιδῆ ἐξ αὐτοῦ [καὶ μυῖαν θρασεῖαν συνάπτει Vill. addit.] Sic optime haec congruunt cum Hes. et schol. Ariston. ad Φ 394.

κυνέη = schol. K 257.

κώδειαν ἰδίως ἡ τῆς μήκονος κεφαλή. ὅταν δὲ λέγῃ „ὁ δὲ φῆ κώδειαν ἀνασχών" (Ξ 499), παρέλειπεν τὸ ὡς, ἵν' ᾖ τὴν τοῦ ἀνθρώπου κεφαλὴν ὡς τὴν τῆς μήκονος ἀνέσχεν. — — Haec, qvamvis praecisa, ad Aristarchi sententiam accedere videntur. Ξ 499 sch. ἡ διπλῆ ὅτι ἀναγνόντες τινὲς φη κώδειαν ὑφ' ἕν, ἵν' ᾖ ὡς κώδειαν, προσεπέταξαν τὸν ἠθητημένον (i. e. Ξ 500, qvem Aristarch. rejecit, qvod ibi πέφραδε dicendi vim haberet, „τοῦ ποιητοῦ· οὐδέποτε ἐπὶ τοῦ εἰπεῖν τάσσοντος τὴν λέξιν." Ap. lex. s. v. (φραδέος) οὐδέποτε Ὅμηρος τὸ φη ἀντὶ τοῦ ὡς τέταχεν. δεῖ δὲ ἔξωθεν προσλαμβάνειν τὸ ὡς κ. ἀθετεῖν τὸν στίχον (v. 500), ταυτολογίαν γὰρ παρέχει. Itaqve utriqve displicebat, qvod Zenodotus et alii φη pro particula ὡς acceperant (vid. sch. Didym. ad l. l.). Qvare versum 500 etiam ab Apollonio damnatum fuisse, probabile videtur. Qvamqvam etiam fieri potest, ut cum Didymo illum legerit, argumento eum defendens hoc vel simili: — — ὅπερ οὐκ ἀναγκαῖον. (sc. versum damnari) ποιητικὸν γὰρ ἔθος πολλάκις κ. τὸ αὐτὸ ἐπαναλαμβάνεσθαι — — (schol. supr. laud.).

κωφόν . . . Ξ 16 κωφῷ: μηδέπω ἐκκαχλάζοντι κύματι, αρχομένῳ δὲ μεγεθοῦσθαι . . . Eadem qvamvis uberius schol. l. l. cf. schol. Δ 390. — In Etym. M. s. v. κωφός Apollonius testis citatur ἐν ταῖς γλώσσαις;" hunc vero a nostro diversum esse, jam ex interpretatione ejus valde dissimili apparet. Est haud dubie Apoll. Dyscolus, qvem eundem Et. M. p. 722, 21 „ἐν ἐξηγήσει τῶν Ἡροδότου γλωσσῶν."

λαθεῖν. Praeter glossam Apollonii ἑκόντα παραπέμψασθαι, hic legimus versum I 537 „ἢ λάθετ' ἢ οὐκ ἐνόησε" paraphrasi redditum: ἤτοι ἑκὼν θῦσαι παρεπέμψατο τῇ 'Αρτέμιδι, ἢ ὅλως ἐπὶ νοῦν οὐκ ἦλθεν. En exemplum valde luculentum ejusmodi paraphraseon, qvarum Lehrs mentionem facit Ar. p. 153, 154. Haec vero Aristarchea est teste scholio I 537 (advers. Zenod. scribentem „ἐκλάθετ' οὐδ' ἐνόησεν").

λαισήϊα θυρέου γένος ἢ βέλη. (Et. M. μικρὰ ἀσπίδισκια ὠμοβόρσια. ibid. θυρεός, ὅπλον — ὁ θύρας τάξιν ἔχων. Villois Apoll.: vertit „qvoddam scuti genus aut tela"). πτερόεντα δὲ εἴρηται ὅτι κατὰ τὸ σχῆμα πτεροῖς ὅμοια εἶναι κοῦφα. Haec mutilata; sed medela parari potest, collato alio loco (p. 136), ubi de eodem πτερόεντη agitur: — — λαισήϊα πτερ., ἤτοι τὰ τῷ σχήματι παραμήκη ὡς πτερά, ἢ κοῦφα. Itaqve jam emendabo: πτερόεντα δὲ εἴρ. ἤτοι διὰ τὸ κατὰ τὸ σχῆμα πτερ. ὅμ. εἶναι ὡς παραμήκη, ἢ κοῦφα. Sic demum Apoll. cum schol. Ariston. ad M. 426 consentit.

λαρόν προσηνές, ἡδύ . . . παρὰ τὸ [addo: λαύειν, τὸ] ἡδέως η. ἀπολαυστικῶς ἔχειν πρὸς πάντας. Patet hanc vocem duci a λάειν, qvod infra Apoll. ipse Aristarchum dicit accepisse, ἀπολαυστικ. ἔχειν. Cf. sch. τ 229 λάων: 'Αρίσταρχ. λαύων, ἀπολαυστ. ἔχων.

λαχμῷ στεινόμενος τῷ δασεῖ τῶν μαλλῶν στενοχορούμενος, Aristarcho hanc qvoqve paraphrasin deberi, cognosces, si qvae sub στείνοντο attulimus, inspexeris. Ad eundem igitur auctorem referendum est schol. ι 445 B. Q. Qvod ad scripturam attinet λαχμῷ, non λαχνῷ antiqvi distinguebant λαχμόν, *spissitatem lanae a* λαχνῷ i. q. λάχνῃ *ipsa lana*, ut apparet ex Et. M. p. 358, 24.

λεγοίμεθα διαλεγοίμεθα. Hanc formam, sensu τοῦ διαλέγεσθαι usurpatam, nusqvam inveni; N 276 λεγοίμεθα illud qvidem legitur, sed alia significatione „eligeremur" — Cum vero formula μηκέτι ταῦτα λεγώμεθα saepius occurit (ut B 435, N 292, Y 244, γ 240, ν 296), puto glossam in λεγώμεθα esse mutandam. Pergit lexicon: τὸ „λέξεται" etc (sic pro λέξητε Vill. δ 413), post qvod addendum; ἀντὶ τοῦ κοιμήσεται, qvemadmodum mox dicitur: καὶ λέξον . . . ἀντὶ τοῦ κοίμησον.

Ceterum observatur λέγωμεν (ω 72) esse συλλέξωμεν, λέγων σ 359 οἰκοδομῶν atqve λέγειν saepe esse εἰπεῖν. Plurima Aristarcho nituntur, qvi docuit λέγεσθαι apud poetam significare ἀριθμεῖσθαι, διαλέγεσθαι, συλλέγεσθαι, ἐγκοιμηθῆναι, ut testantur scholl. B 125, 435, N 276. O 519 all.

λευκάσπιδα. schol. X 294. Ipsa significatio ab utroqve est omissa.

μέλπηθρα τὰ σπαράγματα τῶν κυνῶν κ. ἑλκύσματα· μολπὴ γὰρ ἡ παιγνία, οἱ δὲ κύνες οἷον ἐμπαίζοντες ἐσθίουσιν. Saepe in scholiis legimus Aristarchum voluisse μέλπεσθαι et μολπὴ semper apud Homerum dicta esse de ludo, non de cantu (vide Lehrs Ar. p. 138 scholl. ζ 101, δ 29, A 474 inter se comparata illustrataqve; Friedlaender ibid.); ergo, qvae inde seqvitur, explicatio Apollonii vocis μέλπηθρα κυνῶν ab Aristarcho profecta est. Qvod vero idem Apoll. aliqvot lineis inferius sub μέλπεσθαι ait non solum de ludo sed etiam de cantu μέλπεσθαι et μολπὴ ap. Hom. dici, parum sibi constare videtur et haec ex alio sumpsit fonte.

μέλλετε ἐοίκατε. καὶ [ἰστέον vel σημειωτέον Toll.] καθόλου τὸ μέλλειν ἐπὶ τοῦ ἐοικέναι τὸν ποιητὴν τιθέναι. Eodem modo scholl. Π 46. A 564. K 326. Lehrs Ar. 120.

μενοεικέα προσηνῆ κ. ἀρέσκοντα τῷ μένει τῆς ψυχῆς [Et. M. v. μενοεικές: τῷ μένει κ. τῇ ψυχῇ εἰκὸς κ. ἀρεστόν ut schol. infr.]. καὶ θηλυκῶς „μεν. δαῖτα" (I 90). Ultima verba arguere videntur, post caput articuli substantivum qvodpiam masculinum excidisse, v. c. τάφον qvod extat Ψ 29. Cf. schol. Ψ 139.

μενεαίνειν haec significare dicitur: χολοῦσθαι T 67, προθυμεῖσθαι Φ 543, λειποψυχεῖν Π 491; qvibuscum faciunt scholl. T 68. Π 491. (Φ 543).

μέσαυλος ἡ ἐπ' ἀγρῶν οἴκησις (schol. et Et. M. ἔπαυλις.) κυρίως (schol. et Et. M. οἱ 'Αττικοί) δὲ ἡ μέση θύρα τῆς αὐλῆς (Et. M. disertius: 'Αττικῶς τὴν μέσην τοῦ πυλῶνος κ. τῆς αὐλῆς ἢ τῆς ἀνδρωνίτιδος κ. γυναικωνίτιδος. Altera explic. etiam in scholl.). Consentiunt haec cum schol. P 112 (Lehrs Ar. 150), nisi qvod significatio illa, „propriam" qvam perhibet Ap., a scholio aliena esse magisqve ad Et. M. accedere videtur.

Μολίονε. Qvod vocem derivat ἀπὸ τῆς κατὰ μάχην — — μολήσεως ἢ ἀπὸ τοῦ συνεχῶς μολίσκειν εἰς μάχην et expli cat μαχηταί, haec fortasse ipse invenit lexicographus; qvod autem disputat non e matris nomine hos gigantes esse vocatos, hoc Aristarcho assentitur; v. Lehrs Ar. p. 176, schol. Λ 750.

νεῖκος. Cf. sch. Ω 29.

νέμος ὁ σύνδενδρος τόπος κ. νομὴν ἔχων· „ἐν νέμεϊ σκιερῷ Λ 480 κτλ. Arist. cum hanc vellet hujus vocis esse significationem, Zenodoti rejecit lectionem ἐν νέμ. γλαφερῷ, ipse legens — — σκιερῷ. Vid. sch. h. l.

νήσας. ναῦς, νῆες derivatur a νῆσαι = σωρεῦσαι; eodem modo schol. I 137.

(νιφάδεσσι) — νιφετὸς δ' ἔστιν ὁ χιονισμός. διὰ τοῦτο καὶ Ὄλυμπον ὄρος ὄντα ἀγάννιφον λέγει, τὸ ἄγαν χιονιζόμενον. Haec proxima Aristarcho originem debent, disputanti, cum poeta Olympum memoret, non de coelo sed de monte cogitandum esse. Cf. schol. N 754 ἡ διπλῆ ὅτι νιφόεντα τὰ ὄρη. κ. Ὄλυμπ. τοιγαροῦν ὄρος κ.τ.λ. De νιφετὸς autem cf. K 7 ὅτι ὑγιῶς — — νείφειν — — τὸ χιονίζειν (ergo: νιφετός = χιονισμός).

νύξεν ἐκ χειρὸς ἔπληξεν. — Y 273 Zenod. νύξε scripserat, reprobante Aristarcho: οὐκ ἐχ χειρὸς δὲ ἐπέτυχεν ὁ Ἀχιλλεύς, ὅπερ διὰ τὸ νύξε σημαίνει κτλ. Fortasse Apoll. Λ 252 respexit, qvem versum Hesych. huic vocabulo exemplum addit; ibi certe significatio illa ab Ar. statuta sententiae convenit. (Vid. Lehrs Ar. p. 51 sqq. de βάλλειν, οὐτάσαι, sim.).

νῶι ἡμεῖς οἱ δύο.

νῶϊν ἡμῶν τῶν δύο. καὶ ἐπὶ τοῦ ἡμῖν "νῶϊν δυοῖσι [mendum pronuntiationis similitudine ortum corrige: δ' οἴοισιν.] κτλ. π 295. Ariston. scholl. O 437, 438. N 326 disserit νῶι esse nominativum, νῶϊν dat. et accusat. Aristarcheae originis, qvamvis male corrupti, etiam sunt articuli σφώ, σφῶϊ, σφῶϊν, σφίσι cett. Cf. scholl. A 336. M 366. A 8. K 546. L. Qvaest. Ep. 115.

ὁ „praeter qvod alios habet usus, articuli vice fungitur et pronominis demonstrativi (= οὗτος)“ Idem Aristarcho

placuisse apparet e schol. Θ 321. Porro qvod ὅ in Ψ 9 est = τὸ, idem in schol. Ψ 9. Atqve non solum articulum (ἄρθρον προτακτικόν) sed etiam pron. relativ. (ἄρ. ὑποτακτικόν) pro demonstrativo οὗτος usurpari, Apoll. indicat s. v. ὅς.

οἶος et οἰόθεν οἶος. = sch. H 39.

οἰδάνει οἰδάνειν ποιεῖ· I 554. Eundem usum singularem schol. annotat, addens: ὅμοιον τῷ — — ἔλπει" (β 91) ἀντὶ τοῦ ἐλπίζειν ποιεῖ.

ὁμοιίου πολέμοιο. Hic nihil obstat, qvominus ipsam Aristarchi interpretationem qvam integerrimam legamus. Nam neqve falsa, qvam ille dipla apposita rejecit, interpretatio omissa est, et qvid ipse de hac voce (Δ 315 alias) sentiret, disertis verbis dicitur: οἱ μὲν γλωσσογράφοι τοῦ κακοῦ· ἀπίθανον δὲ τοῦτο. Ὅμηρος γὰρ πᾶσι τὸ συμβαῖνον ὁμοίιον λέγει, ὡς καὶ τὸ γῆρας κ. τὸν θάνατον· οὕτως οὖν κ. τὸν πόλεμον. ὅτε μὲν γὰρ τὸ γῆρας (exemplum excipit Δ 315) κτλ. Cf. schol. interlineare itaqve exiguum *) Δ 315: ὅτι οἱ γλωσσογρ. ὁμ. τὸ κακόν; et γ 236 (θάνατον) κοινὸν φυσικὸν τὸν πᾶσιν ὁμοίως ἐπερχόμενον· B. E. Q.

ὀνείατα· Observationem Aristarchi (πάντα τὰ ὄνησιν παρέχοντα) Ap. servavit, qvare cum schol. plane congruit Ω 367. Lehrs Ar. 150.

ὀνειροπόλος = schol. E 149. Cf. Villois. Ap.

ὁπλότερος ὁ κατὰ τὴν σύγκρισιν νεώτερος. Haec exilia verba qvorsum tendant, vix sciremus, nisi scholia nobis doctrinam tradidissent disertiorem. E qvibus jam videmus A:um observasse, vocabulum ὁπλότερος numqvam ἀπολελυμένως, sensu absoluto, qvomodo νεώτερος, qvod saepe idem valeat ac νέος, usurpari, sed semper συγκριτικῶς, ita ut ad comparationem res revocetur (Δ 324 schol.); qvare cum Ξ 267 dicitur: χαρίτων ὁπλοτεράων, A. duplicem posuit Charitum stirpem (schol. ibid.). Lehrs Ar. p. 180 sq.

ὅπλα τὰ πολεμικὰ λέγει [vs. Σ 614 adde ex Et. M.], καὶ τὰ τῆς νεὼς σχοινία [M 420 Et. M.], κ. τὰ χαλκευτικὰ ἐργαλεῖα [φύσας, ὥς φησιν Ἀπίων, Ἰλιάδος σ]. Ar. cum his con-

*) vid. *Roemer* Ueber die Werke der Aristarcheer in Cod. Ven. A.

gruens voluit: „arma et qvodcunqve instrumentum". Lehrs Ar. 150. Scholl. Σ 614. T 21. Singulas, qvae hic proponuntur significationes, eodem ordine Homericis exemplis probat Et. M. — id qvod jam Tollius vidit — „*integriore Apollonio* vel alio certe, nescio cujus, lexico" usum. Exempla supra apposui.

ὄρινε γενικῶς τὴν ψυχὴν ἐκίνησε διὰ τὸν λόγον· (τοῦ λόγου Vill.) οὐκ ἐρωτικῶς νῦν, ἀλλ' ὀργίλως. Respicit glossa B 142 vel potius Δ 208; cf. sch. διπλῆ πρὸς τὸ ὄρινε [ὅτι] ἀντὶ τοῦ κατὰ ψυχὴν ἐκίνησε. Post λόγον nonulla excidisse videntur, dico Γ 395 et qvibus ille ἐρωτικῶς usus explicatus fuerit; fortasse e sch. Γ 395 aliqvis ea expiscari potuerit: ὅτι οὐ δεῖ ἀκούειν — — ἐθύμωσε ἀλλὰ τὸ παρώρμησεν κατὰ τὸ ἐρωτικόν. Tum exceperat versus Δ 208 sic fere: ὅταν δὲ λέγῃ etc cum explicatione: οὐκ ἐρωτικῶς νῦν κ. τ. λ.

ὄσσα [ἡ θεία sch.] κληδών, φήμη ἐκ θεοῦ ['Ησίοδος τὴν πᾶσαν φωνήν Et. M.]. Haec qvamvis excerpta ab Aristarcho repetenda. Cf. sch. B 93 et α 282.

ὀσσόμενος. i. q. scholl. A 105. X 356. α 115 S. Et. M. s. v. L. Ar. p. 87 sq.

οὔλιος ἀστήρ ὀλέθριος κ. χαλεπός. λέγει δὲ τὸν κύνα. Vox extat Λ 62. ubi alii legebant αὔλιος ἀστήρ, Aristarchus autem οὔλιος ἀ., nam, ut scholii verbis utar, — — ἔστι δὲ (sc. αὔλιος vel ἑσπέριος ἀστήρ) ἀλύπιος (sic cum Et. M. pro vulg. ἀλύπως), καὶ εἰς ἀνάπαυσιν ἄγων τὰ ζῷα. Tali vero stellae comparari non potuisse Hectorem, in medio pugnae tumulto eminentem; scribendum igitur οὔλιον — τὸν τοῦ κυνὸς ἀστέρα — τὸν φθοροποιὸν κ. λαμπρότατον (qvocum etiam Achilles comparatur loco pulcherrimo X 26 sqq.).

οὔνεσθε ὄνησίν τινα ἔχετε [hoc loco addenda puto, qvae sensus mox seqventium postulare videtur et qvae eadem Aristonicus legebat: ἦ ἐξεφαυλίσατε καὶ ἐμέμψασθε vel sim.]. Itaqve Apollonius Ω 241 aliter legit et explicat atqve Aristarchus, cujus tamen sententiam idem mox affert: εὑρίσκομεν δὲ (scilicet apud Ar:um) διαφόρως λεγομένην τὴν λέξιν „ἦ ὀνόσασθ' ὅτι μοι Κρονίδης" (Ω 241). ἐπιφέρεται δὲ οὕτως κ. ἐνταῦθα, οἷον ἐμέμψασθε· καταστρέφει δὲ εἰς ἴσον τῷ ἐξεφαυλίσατε

κ. οὐδενὸς ἄξιον ἡγήσασθε. Atqvi varias fuisse h. l. lectiones, etiam e schol. apparet. Nam Didymus: Ἀρίσταρχος ἢ ὀνόσασθ', ἐμέμψασθε κ. ἐξεφαυλίσασθε κ. τ. λ. (Schmidt Did. 178). Aristonicus antem: ἡ διπλῆ ὅτι οὔνεσθε ἐκφαυλίζετε κ. οὐδενὸς ἄξιον ἡγεῖσθε. — Huc etiam pertinent, qvae alibi leguntur, glossae ὀνόσαιτο et ὀνοσσάμενος in eundem modum explicatae.

οὐρῆας ἡμιόνους ἤτοι ὀριβατοῦσι, διὰ τὸ ὀρούειν πρὸς τοὺς ἐνάντεις τόπους. Apparet lexicographo duplicem obversari etymologiam, qvae hic confusa legitur. Erit igitur lectio sic fere restituenda: — — ἤτοι ὅτι ὀριβατοῦσι (sc. muli), ἢ διὰ τὸ ὀρούειν κ. τ. λ. cf. Hes. Et. M. h. v. — — παρὰ τὸ ἐν ὄρεσσι μᾶλλον τῶν ἄλλων ζῴων δύνασθαι ἐργάζεσθαι. De his nihil Arist.; demonstrat tantum οὐρῆας semper pro *mulis*, nusqvam pro *custodibus* accipi. Qvod patet e scholiis A 50. K 84. (Ar. p. 151).

οὖρος ὁ φύλαξ — — Item Arist. sch. K 84 . . οὖρον ὡς κοῦρον τὸν φύλακα —.

ὄφρα = ἵνα ἢ ὅπως Δ 195, ἕως Θ 66. Item sch. I 621.

ὄχθαι. Congruit articulus cum sch. Φ 172.

ὄψον: „Apion male τὸ κρέας: contrarium enim testatur poeta Λ 629; significat vero πᾶν προσόψημα. γ 480." Ab his minime discrepant scholl. Λ 630. I 489.

πάλιν εἰς τοὐπίσω N 3. = ἄψ; utrumqve enim = ὀπίσω. παλιμπλαγχθέντας εἰς τοὐπίσω πλανηθέντας. — πάλιν non esse αὖτις, ἐκ δευτέρου, sed τοπικὸν εἰς τοὐπίσω, Aristonic. multis scholiis testatur: E 256, 836. Z 189. K 281 al. Lehrs Ar. p. 91. Altera autem Apoll. glossa A 59 spectat, de qvo qvid observarit Aristarchus, ille cognovisse videtur. Diplam enim hic posuerat contra recentiores, qvi cum πάλιν sensu temporali falso accepissent *iterum*, *denuo*, inde expeditiones finxerant heroum in Mysiam factas etc. (Lehrs Ar. p. 91 sq).

παλιμπετές εἰς τοὐπίσω πεπτωκότες. De πάλιν v. supra. Qvod vero hanc vocem per participium plurali numero reddit, hoc non, ut Villois. censet, ideo factum, qvod ε 27 de procis in plurali agatur, sed. Ar. aliiqve veteres (ut Lehrs

egregie exponit in Qvaestt. epp. 139 sq.) παλιμπετές, ἐπιτηδές, sim. non putabant adverbia esse — haec enim accentu diversa esse παλίμπετες, ἐπίτηδες — sed adjectiva pluralia e παλιμπετεῖς per aliqvod πάθος, συγκοπῇ ἢ καὶ ἀποβολῇ τοῦ ι (cf. Eustath. infra „ἐκδραμόντος τοῦ ι διὰ χρείαν μετρικήν), effecta. Item Herodianus, ut exempla a Lehrsio allata satis indicant; cujus de his vocibus doctrinam Eustath. proposuit ad A 142 p. 67, 30. ο 27 p. 1520, 50. Suo tamen nomine hic addit. δύναται δὲ κ. ἐπίρρημα εἶναι. Cf. Et. M. — — ὀπισθόρμητον. — Qvodsi de illa grammatices parte, qvam περὶ παθῶν veteres dixerunt, plura velis scire, qvi hanc maxime tractarint, qvidve in hoc genere Herodianus praestiterit, inspiciendus tibi est liber *F. Ritschelii „de Oro et Orione“* p. 61 sqq.

παλιντροπᾶσθαι. V. supra.

παλίωξις. Ex Etym. articulum sic restituo: ἡ ἐξ ὑποστροφῆς [τῶν φευγόντων] δίωξις, ὅταν οἱ πρότερον φεύγοντες [ὕστερον πάλιν αὐτοὶ Et. M. μεταβαλλόμενοι schol. Arist.] διώκωσιν [θαρρήσαντες Ἰλιάδος μ'] [οὐ ψιλῶς ἡ φυγή sch.]. Sententiam eandem habet sch. M 71. V. Lehrs Ar. 151.

πανομφαίῳ. Art. = scholl. B 41. Θ 250. (Cf. Schoemann Gr. Alterth. II, 296).

πανόψιον (sc. ἔγχος Φ 397 [πᾶσι συνοπτόν Hesych.], ὅ ἐστι λάμπων [vitium, fortasse e seqvente ὁρῶν ortum, emenda: λάμπον vel secund. sch. λαμπρόν] ἀπὸ [lege ἐπὶ] τῆς ἐπιδορατίδος, ὡς [vel potius ἧς ἐστι] ἐπίθετον, ἢ ἐν τῇ πάντων ὄψει ὁρῶν [Vill vult ὁρώμενον]. Haec unde sumpta sint, liqvet. Sch. Φ 397 ὅτι παν. τό λαμπρὸν κ. ἐπιφανές. et aliud sch. prorsus ut supra: ἐν τῇ π. ὄ. ὁρώμενον, πᾶσιν ὁρώμενον κ.τ.λ. Cf. qvae in medium protulit Tollius: τινὲς π. τὸ πάντας ὁρώμενον, Ἀρίσταρχος δὲ — — τὸ ὑπὸ πάντων ὁρώμενον (scholl. inedd. bibl. reg.).

πάντοσε. art. congruit cum sch. Π 515. cf. L. Ar. 134 sqq. p. 65. —

παρθένιος. Pertinet art. ad egregiam Arist. observationem de σκότιος et παρθένιος. Lehrs Ar. 132. Scholl. Z 24. Π 180.

πάροιθεν ἔμπροσθεν, et de loco (τ 227, A 360) et de tempore (K 476). Ad h. l. Aristarchus observavit προπάροι-

θεν etiam in Iliade temporis significationem habere, adversus τοὺς χωρίζοντας, qvi in Odyssea tantum et temporis et loci notionem huic particulae tribuebant, in Iliade vero temporis notione eam carere dicebant; scholl. H 476. Δ 734. X 197.

παροίτεροι. Cf. Ψ 459.

πέζῃ [suppl. caput glossae ἐπὶ πρώτῃ, qvod extat Ω 272) τῷ ἄκρῳ τοῦ ῥυμοῦ. Item schol. l. l.

πειρήσοντα. = sch. M 301.

περιβῆναι vide ἀμφίβασις.

περιωπή τόπος ὑψηλὸς κτλ. Item fere Ξ 8 Lehrs Ar. p. 150.

πευκαλίμῃσι ταῖς πικραῖς κ. συνεταῖς φρεσί. (cf. Et. M.) κ. πευκεδανὸν τὸ πικρὸν, ἀπὸ τῆς πεύκης, κ. πευκ. πόλεμον τὸν πικρὸν μεταφορικῶς, ἐπεὶ πολλῶν αἴτιος κακῶν. Eadem fere s. ἐχεπευκές. cf. sch. A 51 ἐχεπ. ὅτι μεταφορικῶς ἀπὸ τῆς πεύκης. „Fortasse hoc Aristonici est" Friedlaend. Ariston. — Cf. Et. M. πευκαλίμας φρένας: οἷον δριμείας κ. σώφρονας. ἀπὸ δὲ τῆς π. ἡ μεταφορά. Curtius Etym. [5] p. 164 etiam haec πικρός, πευκεδανός, πευκάλιμος, ἐχέπευκες ab eadem radice πικ repetit, suspicaturqve ea cum πεύκη connexa esse.

πλῆξαι. Sch. E 147. Lehrs Ar. 66.

ποινή ἀντέκτισις [sic. ex gr. E 266. Et. M.: ἐπέκτισις κ. τιμωρία]· κυρίως δὲ τὴν ὑπὲρ φόνου [ζημίαν λέγει Et. M.] Idem usus duplex observatur in schol. E 266. Lehrs Ar. p. 150 cf. Γ 285 (= ἐπιτίμον).

πολύκεστος πολυκέντητος [πολύραφος add. Et. M.], ἐξ οὗ τὸν ποικίλον θέλει δηλοῦν [διὰ τὰς ῥαφάς add. scholl.]. Cf. sch. Γ 371 ad verbum fere his consentiens. Vide supra κεστός.

πρεσβυτάτην ἐντιμοτάτην. Item schol. Δ 59, qvem locum lex. respicere videtur. — De Λ 787 lexcion dicit: καθ' ἡλικίαν ἡμεῖς. Prae ἡμεῖς inserendum puto ὡς, nam ut vox de aetate h. l. intelligatur, sensus postulat. Cf. schol. supra.

πρηνής ὁ ἐπὶ πρόσωπον πεπτωκώς, ἀπὸ τοῦ προνενευκέναι. Videntur haec, modo in angustius contractam, eandem habere sententiam atqve Etym. M. s. v. πρ: εἰς τοὔμπροσθεν, ἐπὶ στόματος, ἐπὶ προσώπου. παρὰ τὸ πρόσω νενευκέναι Cf sch. Z 43 ἡ διπλῆ ὅτι ἐξηγήσατο τί ἐστι τὸ πρηνής. Scilicet: ἐπὶ στόμα (in eodem versu).

προθελόμνους. Qvaecunqve ex Homero affert, omnia pariter expedit, interpretanda hac voce: ἄλλας ἐπ' ἄλλας. Excidisse putat Villoiso: προρρίζους, ἀπὸ ῥίζης ἀνασπᾶν, qvae habet glossa Hesychii, ceteroquin iisdem verbis exarata. Cf. etiam Et. M. h. v. πρόῤῥιζος, ἢ πυκνός. — θέλυμνα, λέγεται τὰ ἐπ' ἀλλήλοις ἔχοντα τοὺς κλάδους δένδρα. Eundem duplicem interpretandi morem schol. I 541 respicit (Lehrs Ar. 152.).

πρόβατα πάντα τὰ τετράποδα τὸ [lege: τῷ, aut διὰ τὸ schol. aut παρὰ τὸ Et. M., ἀπὸ τοῦ Hes.] πρὸ τῆς [inser. ὀπισθίας Et. M.] βάσεως ἑτέραν ἔχειν βάσιν. Prorsus item sch. Ξ 124 et Et. M. (Lehrs Ar. 101).

πρὸ φόωσ(δε). Versum T 118 ἐκ δ' ἄγαγε πρὸ φόως δε κ.τ.λ. verbum verbo exprimit: πρὸ τοῦ καθήκοκτος χρόνου εἰς φῶς αὐτὸν προήγαγεν. Eandem fere paraphrasin Arist. in sch. T 118 ἡ δ. ὅτι νῦν ὑγιῶς γράφεται σὺν τῇ προθέσει πρὸ φόως· πρὸ γὰρ τῶν μηνῶν τῶν καθηκόντων ἐγεννήθη. διὸ ἠλιτόμηνος. De πρό igitur adverbii vicibus hic fungente uterqve interpres consensit. Qvid vero Arist. de suffixo locali δε in φόωσδε senserit, haud satis scio; qvum vero in ἀγρὸν δὲ simil. δέ non esse paragogen illam, in οἴκαδε, τημόσδε al. occurrentem, vellet, sed qvum essent δύο μέρη λόγου, qvorum δέ esset conjunctio praepositionis vice fungens, de φόως δέ idem ac de ἀγρὸν δὲ statuisse videtur. (Lehrs Qvaestt. epp. 40). Itaqve forte scripsit sejunctim πρὸ φόως δέ *).

Ad Π 188 schol. Did. legimus: ἐξάγαγεν φώωσθε· οὕτως καὶ Ἀριστοφάνης, φώωσθε. Ζηνόδοτος δὲ προφόωσδε. Zenodoti lectio etiam in codicibus et editt. postea invaluit. Aristarchus cum Aristophane legisse videtur: ἐξάγαγε φώωσδε καὶ ἠελίου ἴδεν αὐγάς. Qvi cur illud πρό omiserit, intelligere mihi videor. Neqve enim hic de Eudoro idem dicitur qvod T 118 de Hercule, illum fuisse ἠλιτόμηνον, „nondum assecutum justum mensium numerum".

πρωτοπαγής (lege fort. πρωτοπαγεῖς E 194). Ἐπὶ μὲν τῶν ἁρματώων δίφρων [sic in Cod., Vill. ἁρματείων δ., Toll.

*) Qvamqvam in his Arist. ut tota antiquior aetas multum erravit, interdum tamen illi suspicio veri obversari videtur neqve a placitis recentioris scientiae valde abhorret; ut hic cf. Curt. Et. [5] p. 233.

ἁρμάτων ἢ δίφρων, qvod mihi qvoqve placet, nam cum h. vox bis tantum occurrit E 194 et Ω 267, priore loco de sedibus curruum δίφροι πρωτ., posteriore de ipso curru ἅμαξαν πρωτοπαγῆ dicitur.] τὸ ἐπίθετον. σημαίν. τοὺς πρώτως νῦν πεπηγμένους. Deinde E 194 citatur. Cf sch. ibid. διπλῆ ὅτι Ζηνοδ. ἠθέτηκεν ὡς ταυτολογοῦντος „πρωτοπαγεῖς νεοτευχέες," ἀγνοῶν ὅτι ἐνίοτε παραλλήλως τάσσει τὰς ἰσοδυναμούσας λέξεις. Itaqve etiam Arist. „nunc primum vel recentur compacti." —

Qvod vero Ap. Ω 267 ἅμαξαν πρωτοπαγῆ (nam hunc locum illud πρωτοπαγέα respiciat necesse est, et sunt editores, qvi etiam nunc sic scribunt πρωτοπαγέα, *Koch* Leipz. 1870; v. Vill.) interpretatur duplici modo: „*eximie* compactam" aut „*recenter* compactam", addens „ἐστι τὸ μὲν τάξεως, τὸ δὲ ποιότητος", hoc jam ex aliis fontibus afferre videtur.

πρώτῃσι θύρῃσι. Cf. scholl. X 66. Θ 411. L. Ar. 146.

πρώτῳ ῥυμῷ (Π 371). Cf. sch. E 729. Z 40. Π 371. L. Ar. supra.

πυλάρταο κρατεροῖο. „Ex *) his duobus dictionibus unus exoritur sensus. Eum enim indicat, qvi firmiter januam adaptat (τοῦ τὰς πύλας ἐπαρτῶντος ἰσχυρῶς, οἷον ἐφαρμόζοντος. — Et. M.: — — ἀρτῶντος, ὅ ἐστι κατασκευάζοντος κ. συναρμόζοντος **), qvae tamen ab ipso etymologo adjecta esse possunt). De Plutone aliqvid tale affirmat; nam fieri non potest, ut aliquis mortuus ex locis subterraneis regrediatur." Seqvuntur Apionea qvaedam (— — π. = ὁ ταῖς πύλαις προσηρτημένος, ἢ πύλας ἀπαρτίζων κ.τ.λ.). Qvae prima Ap. attulit, Aristarchi sunt; cf. schol. N 415.

πυρὸς αὐγή. Cf. scholl. I 206. Ψ 89: „Locus ab igne collustratus."

ῥέθη [πάντα schol.] τὰ μέλη τοῦ σώματος. Π 856. Item scholl. l. l. et X 68, tantummodo his additis: οἱ δὲ Αἰολεῖς τὸ πρόσωπον. Et. M. ait ῥόθος vel ῥεῦθος aeolice dici i. q. πρόσωπον ἢ προσώπου ἐρύθημα. (V. ἔρευθος Röthe rubor Curt. Et. [5] 252). E Philemeis Lex. ined. Vill. praeter alia haec affert: ῥέθος: κυρίως τὸ πρόσωπον . . . καταχρηστικῶς δὲ πάντα

*) Versio Villoisonis.

**) s. v. Πύλη 696, 49.

τὰ μέλη. καὶ παρὰ τῷ Ἀπολλωνίῳ, τὰ πρόσωπα. Qvae fort. ex integriore qvondam Apoll. sumpta sunt. Deinde excipiunt ἰστέον ὅτι et cet. plane in in eandem sententiam atqve schol. supra allat.

ῥινός ἐπὶ μὲν τοῦ δέρματος τοῦ μυκτῆρος „ῥινὸς ὑπὲρ πυμάτης“ (N 616), ἐπὶ δὲ τῆς ἀσπίδος „ῥινούς τε βοῶν.“ at in Θ 61 vulgo legitur „σὺν ῥ' ἔβαλον ῥινούς“ [ex Et. M. 704. 25 iisdem verbis haec referente, addo: — — ῥινούς“, σημαίνει βύρσας *), ἀσπίδας. Seqvuntur etymologica Choerobosci et Ori.]. Mirum est, qvod duae glossae valde diversae sub uno capite conjunctae sunt; nam primam apparet esse ἡ ῥίς i. q. nasus (μυκτῆρ) vel potius cutis nasi, alteram ἡ ῥινός i. q. ἀσπίς. Qvamqvam, ut opinor, hoc factum est studio utramqve vocem ab una origine repetendi; qvam esse τὴν ῥινόν (cutem) ex eo apparet, qvod ἡ ῥίς non pro ipso naso sed pro nasi cute accipitur. (Cf. etiam Et. M.). — τὴν ῥινὸν, clupeum, autem ad eandem originem revocandam esse, docet inseqvens articulus:

ῥινοτόρος. I. q. scholl. Arist. H 474. Θ 61. Vox extat Φ 392.

ῥῖον ἀκρωτήριον ὄρους ι 190 (de Cyclope Polyphemo). Ξ 225 schol. ῥῖον ἰδίως i. q. ὄρος. — Et. M. addit: ἐπεὶ περιρρεῖται ὕδατι.

Σαρπήδοντος. Articulus, multis mendis laborans, nullum habet sensum, ni scribimus: ταύτῃ τῇ κλίσει τοῦ ὀνόματος ἅλις κέχρηται ὁ ποιητής „Σαρπήδοντος ἑταῖροι — (M 379) κ. „τεύχεα Σαρπήδοντος“ (Ψ 800). Αἰολικὸν δὲ τὸ σχῆμα, ἀπὸ βαρυτόνου τῆς Σαρπήδων. κ. τὴν δοτικὴν „Σαρπήδοντι ἄχος γένετο“ (M 392) διὰ τὸ μέτρον δηλοῖ (pro δῆλον), ὡς ὅτε (pro ὅτι, Vill. ὅταν) λέγει „Σαρπῆδον (pro Σαρπηδών) Λυκίων βουλήφορε“ (E 633). οὐ (hoc add. Vill.) φαίνεται [τοῦτο addo] ἀπὸ τῆς ὀξυτόνου λέγων· ἔχρην γὰρ [ἄν?] τὴν αὐτὴν εἶναι τῇ εὐθείᾳ, ὡς ὁ Μυρμηδὼν κ. ὁ Μακεδὼν κ. [οὕτως?] προεφερόμεθα [ἂν pro cod. γὰρ] Σαρπηδὼν κ. τὴν δοτικὴν [Σαρπηδόνι add. Vill.]. οὐκ Αἰολικὸν δὲ [τοῦτο], ἀλλὰ βαρυτονουμένης εὐθείας, ὥσπερ τῆς Εὐ-

*) fort. ex hoc ipso verbo βύρσας lexici βοῶν corruptum est.

ῥήμων Εὐρῆμον, οὕτω [καὶ] Σαρπήδων Σαρπῆδον. In illum fere modum finem articuli legendum esse patet, qvi, cum alia sint male repetita, alia loco suo demota, alia aliter depravata, nunc ita legitur corruptus: . . . καὶ ὁ Μακεδών . οὐδέ ἐστιν Αἰολικόν· προεφερόμεθα γὰρ Σαρπήδων κ. τὴν δοτικήν· ἀλλὰ βαρυτονομένης εὐθείας. οὐκ Αἰολικὸν δὲ, ἀλλ' ὥσπερ τ. Ευρήμων etc ut supra. — Qvod vero illud Αἰολικὸν σχῆμα *) attinet, hoc retractum illum accentum respicere videtur. Nam Aeoles praeter id qvod multas litterarum mutationes et usus habebant singulares (de qvibus v. Indicem Et. M. p. 1038 sq.), voces oxytonos barytonως efferre solebant. Cf. Et. M. 752, 14 de genesi τίος e τινός) οἱ γὰρ Αἰολεῖς βαρυντικοί εἰσιν. (Alia exempla: νάεσσι pro ναυσί, ἄμμε pro ἡμᾶς, ἄμμιν pro ἡμῖν, ἄεισι pro ἀεῖςι.) Qvid vero Aristarch. de voce, de qva agimus, senserit, ex hoc colligas: Ψ 800 ἡ διπλῆ ὅτι ἀπ' εὐθείας βαρυτόνου, ὡς Χαλκώδων. Cf. Herodian. ad M 379.

Σελλήεις. Cf. sch. B 659, 839. M 97. L. Ar. 233 sq. Ex Hes. Ap:us redintegrari possit, si addas: καὶ ἄλλος τῆς Τρωάδος κτλ.

σηκοί, et σήκασθεν paraphrasi Aristarchea Θ 131. v. sch.

σῆμα vide sub. γράψας.

σόλος. 'Απίων, δίσκος σιδηροῦς. ἐνίοτε (sic pro ὅτε) δὲ δίσκος λίθινος. ἐπὶ μέν τοῦ ἐπὶ Πατρόκλῳ ἀγῶνος [σιδηροῦς]· „σόλον αὐτοχόωνον" (Ψ 826). παρὰ δὲ τοῖς Φαίαξι [λίθινος]. „βόμβησεν δὲ λίθος" (θ 190). Cf. schol. Ψ 826 ὅτι σόλον τὸν δίσκον εἶπεν θ 190. De origine vocis vid Et. M. ἀπὸ τοῦ σῷ, τὸ σείω, τὸ ὁρμῶ. Curt. Et. p. 372 haec inter se consociat: σάλος, σαλεύω, σόλος, σϝείω, rad. *su* (skt. sunomi).

στεῖνος cf. sch. M 66.

στεῦτο κατὰ διάνοιαν ἵστατο κ. οἷον ὡρίζετο. Scholl. E 382. B 597, ceterum congruentia, his addunt: καὶ οὐκ ἐπὶ τῆς τῶν ποδῶν στάσεως. Lehrs Ar. 98

στυγέῃ. Item scholl. O 183. P 694.

---

*) cf. lex. Apoll. de σχῆμα: 'Ιακὸν σχῆμα s. vv:: ἐπιτρέφαται, ἐρηρέδαται; — ὀφείοντες „τύπος 'Αττικός." — σάος „Αἰολικῶς." — κάρη „ἰακῶς" cett. αἰολικῶς dicebatur φῆρες pro θῆρες, φέσθα pro φῆςθα, πέμπε pro πέντε cett.

ταλαύρινον τολμηρόν. παρῆκται δὲ ἡ λέξις παρὰ τὸ τλῆναι, κ. οὐ ἔγκειται ὁ ῥινός, ὡς οὐδὲ ἐν τῷ κελαινεφές (sc. αἷμα *) τὸ νέφος. Haec igitur earum est vocum, qvarum alteram compositionis partem Herodianus delitescere vel qviescere putabat, qvas Aristarchus autem ne compositas qvidem sed simplices esse ducebat. Utriqve ψιλωτέον placuit. Trypho autem vocem compositam esse duxit v. sch. E 289. H 239. De his Lehrs Ar. 308, 309.

„τανύηκες. Hoc cum de gladio dicitur: „ταν. ἄορ" (Π 473) compositum est, τὸ τεταμένην ἔχον τὴν ἀκήν, i. e. τὴν ἀκμήν, [τουτέστιν ἠκονημένην Et. M.] (ubi utraqve compositionis pars significat); cum vero „τανυηκέας ὄζους" (Π 768) dicitur, est vox παρηγμένως ficta [ἁπλῆ ἡ λέξις Et. M.] pro ταναούς [τοὺς τεταμένους κλάδους Et. M.]; qvomodo κελαινεφὲς, cum de Jove dicitur B 412, composita est vox, cum vero κελαινεφὲς αἷμα, paragogica." Hactenus lexicon, consentiente Et. M. Cf. supra ταλαύρινον et κελαινεφές. Optime etiam in prosodicis Apollonius cum Ar:o facere videtur. Cf. scholl. X 319. Π 768. δ 257. L. Ar. 309.

τάφος i. q. κατάπληξις φ 122, ἐπὶ δὲ τοῦ περιδείπνου γ 309 et Ω 804, — νήσου ὄνομα α 417. De altera significatione qvid Aristarchus senserit, novimus. Ψ 29 τάφος τὸ δεῖπνον τὸ περὶ τὴν ταφὴν γενόμενον. Itaqve scholio duce lexicon sic restaurandum: ἐ. δ. τοῦ περὶ τὴν ταφὴν δείπνου vel τοῦ περιταφίου δείπνου, qvod habet schol. γ 309, ad tres illas significationes duas addens: τὸ μνημεῖον, τὸ σῆμα. Cf. et α 417. Attamen vide Vill. Ap. lex. h. v. et Hesych., qvi explicat περίδειπνον ἐπὶ τῇ κατοιχομένων τιμῇ.

τάχα. Lehrsius (Ar. 92 sq.) demonstrat Aristarchum voluisse „τάχα numqvam significare „fortasse", sed esse temporis adverbium." Scholl. α 251. B 89. Incertum ex his minutis reliquiis, hoc etiam ab eo intellectum fuerit, semper significare „mox", numqvam „cito". Qvod idem de Apollonio nostro dici potest, cujus haec est glossa ab Vill. emendata: τάχα: ταχέως οὐδέποτε δὲ [διστατικῶς schol.] ὡς ἐπὶ

*) v. supra de h. v.

τῆς ἡμετέρας ἐννοίας, ἀλλ' ὡς [σάφα] τὸ σαφῶς κ. [τάχα] τὸ ταχέως. καὶ σχεδὸν δι' ὅλης τῆς ποιήσεως οὕτως. „hoc σχεδόν . . ad locos spectat, opinor, ubi jam fluctuare videtur illa temporis notio „schnell" ad notionem „bald" (vielleicht), qvalia non dubito qvin sibi videretur Apollon. aliqvot invenisse." L.

τέθηπα καταπέπληγμαι. Item schol. ζ 168. = ἐκπέπληγμαι. Arist. voluit θαυμάζειν esse i. q. spectare, θεεῖσθαι admirari, τεθηπέναι obstupescere.

τελαμών ὁ ἀναφορεὺς τῆς ἀσπίδος [his plura habet Et. M. ὅ ἐστι πλατὺς ἱμὰς ἀφ' οὗ ἤρτηται ἡ ἀσπίς.] καὶ τοῦ ξίφους [Et. M. ἔστι δὲ κ. ἕτερος τελαμ. ὁ ἀναφορεὺς τοῦ ξ.]. Testibus scholiis Ξ 405. Ε 796. β 3 all. (v. Lehrs Ar. p. 193 sq.) Arist. observaverat, binis loris vel balteis de humero suspensos ensem et clypeum heroas gessisse.

τέλος. Cf. sch, Κ 470. Σ 298.

τέμενος cf. sch. Σ 550. Ζ 194. Curt. Et. [5] 221.

τένοντε [τὰ] διατεταμένα νεῦρα [Et. M. add. τραχήλους]. Vox de diversis corporis partibus usurpatur, ita ut Δ 521 nervos σφυρῶν, Ε 307 ἰσχίου, Κ 456, Ξ 466 αὐχένος significet. Apollonius autem, singulis locis non respectis, universum vocis usum indicat. Cf. schol. Χ 396 — τὰ διατεταμένα τῶν σφυρῶν νεῦρα. At Υ 478 — πάντα τὰ τεταμένα νεῦρα τένοντας Ὅμ. λέγει. Qvod vero epitheton illud διατεταμένα huic voci additum est, hoc, ut opinor, ideo factum, ut origo vocis pateat. Curt. Et. p. 217 τένων cum τείνω aliisqve a rad. τα (ταν τεν) ducit.

τετελεσμένον τὸ οἷόντε πρᾶγμα τελεσθῆναι. Item Hes. Usus perfecti valde singularis jam non Aristarchum fugisse videtur, si modo recte intellexi schol. Ξ 196 εἰ δύναμαι τελέσαι γε καὶ εἰ τετελεσμ. ἐστί: ἡ δ. ὅ. περιώριχε· τὸν γὰρ ἐπιδεχόμενον τελέσαι δυνατὸν εἶναι δεῖ καὶ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα δυνατὸν εἶναι πρὸς τελείωσιν. Cf. schol. Ε 90 εἰ φύσιν ἔχει τοῦ δύνασθαι τελειωθῆναι κτλ. V. Fortasse prius schol., qvum sensu careat, est corruptum.

τέττα. Cf. sch. Δ 412. Et. M. s. v.

τῇ λάβε. Docet Apoll. τῇ non cum ι scribendum esse τῇ, cum neqve sit articulus femininus τῇ neqve pronom. de-

monstr. i. q. ταύτῃ, ῥῆμα δὲ προστακτικὸν τὸ λάβε [σημείωσαι Toll.] πιθανὸν εἶναι χωρὶς τοῦ ι γράφειν. Cf. Ξ 219 ἡ δ. δ. τὸ τῇ λάβε ἐστίν. Unde colligas etiam Arist:um hoc pro imperativo duxisse et sine iota scripsisse. Atqvi erant, qvi adverbium pronominale hoc esse vellent; invaluit tamen Aristarcheorum sententia, velut θ 477 τὸ τῇ ῥῆμα προστακτικ. — — ὡς λῶ λῇς λῇ κ. ζῶ ζῇς ζῇ, οὕτω τῶ τῇς τῇ. Item ι 347. Cf. Curt. Etym. 64, 217: τῇ tene a rad. τα [τείν-ω, ταν-ύω cett.)

τιμήν. Cf. sch. A 159. Γ 286. P 92.

τρίποδας. Hic, ut plerumqve, Apionem refutat, Aristarcho adjuvante. Plenior et disertior hic servata est Ar:i doctrina de duplici tripodum genere τῶν ἀναθηματικῶν κ. τῶν ἐμπυριβητῶν, qvam in exiguo schol. ad Ψ 267. —

τρίλλιστος (Θ 488) πολυλιτάνευτος· τὰ γὰρ τρία ἀρχὴν πλήθους σημαίνει. ὅθεν καὶ „τρισμάκαρες" (ε 306), qvibus confert, qvod in vulgari consuetudine τρίδουλος is vocetur qvi multis serviat. Item fere scholl. Θ 488 et Ξ 38.

Τροίης ποτὲ μὲν τῆς χώρας, ποτὲ δὲ τῆς Ἰλίου. λέγει δὲ κ. Τρωϊκήν τινα πόλιν A 128. E nuda exiguaqve glossa ad A 128 vix conjicias disertam observationem hic respici. Cum enim Zenodotus, ipsum Ilium intellegens, disyllabum scripsisset Τροίην, Arist:s contendit de Ilio nullo modo cogitandum esse, „ἄδηλον γὰρ εἰ ἑλοῦσιν αὐτήν," sed de aliqvo oppidulo Troico, qvod Achilles direpturus esset, et trisyllabum vocabulum scribi jussit Τροΐην. Item in λ 510 Τρ. voluit oppidulum aliqvod esse dictum; v. sch. h. l. Dindorf annot. — „rectius haud dubie et h. l. et A 129 Zenod., de qvo Duentzer p. 92." Ceterum cum Ar:o congruit lexicon; v. sch. Φ 544. L. Ar. 229.

τύνη. Cf. Z 262. T 10.

Ὕδη —et Ὕλη. Articulus uberior congruit cum sch. E 708. L. Ar. 235.

ὑπερφίαλοι De significationibus: ὑπερήφανοι, οἱ κατ' ἀρετὴν διαφέροντες, lexicon consentit cum schol. O 94. φ 289. (Cf. lex. s. αθεμίστων).

ὑποκρίναιτο ἀποκρίναιτο M 228 et ο 171. Item schol. M 228. Qvare nescio an, qvae mox excipit, lexici adnotatio de ὑποκριτής, qvomodo mimi vel actoris notionem acceperit, etiam ab Ar:o originem repetat. Sed pro πρωταγωνιστοῦντος, a qvo haec incipiunt, inserenda sunt: καὶ ὑποκριτής ἐντεῦθεν ex Et. M. ubi haec iisdem fere verbis leguntur p. 782, 51; Hesych. item.

φαλός τὸ λάμπρυσμα [Hes. τὸ λόφος] τῆς περικεφαλαίας, ὅθεν καὶ τρίφαλος [sic editores; annotat tamen Vill. in Cod. Ms. per compendium τρίφα hic esse scriptum, qvare cum τρίφαλος apud Homerum non occurrat, videtur scribendum esse aut τριφάλεια, qvae fuit varians lectio pro vulgata τρυφάλεια *) Γ 372, K 76, Λ 352 aut τρυφάλεια, qvod Hes. habet.] ἡ τρεῖς φαλοὺς ἔχουσα, τετραφάληρος δὲ ἡ τέσσαρας [sic etiam Et. M. 754, 14 τετραφάληρον, τέσσαρ. φαλ. ἔχουσαν **) et Hes secundum Apoll. lex.]. Extat etiam τετράφαλος M 384. X 315. εἴρηται — παρὰ τὸ φάος. Excipit Apionis interpretatio: „lucidum et album galeae clavum (ἧλος)." Eadem etymologia Aristarcho obversata est: K 257 ἡ διπλῆ ὅτι . . . φαλοὶ γὰρ τὰ ἐπὶ τῶν περικεφαλαίων λαμπρὰ ἀσπιδίσκια — Et. M. 787, 13 φαλός iisdem atqve schol. verbis explicans, addit: παρὰ τὸ φάος — καὶ φάλαρα τά κοσμήματα, διὰ τὴν λαμπρότητα . .

φιλέειν Cf. sch. Γ 207. Z 15. I 481.

χειῇ τῇ [τῶν ὄφεων Hes. Et. M. schol.] καταδύσει· „ὡς δὲ δράκων ἐπὶ χειῇ" X 93. τὸ γὰρ ζῷον (vel potius τοῦτο γὰρ τὸ ζ.) ὁμοίως ὕδατι χεῖται [addere vellem ὅ ἐστι χωρεῖ ex schol. et Et. M.]. ὅθεν πᾶσαν χώρησιν χειὴν ἔλεγον. Eandem sententiam proferunt schol. h. l. et Et. M.

χέραδος σωρὸς λίθων μετ' ἰλύος. Shol. Φ 319 ὅτι ἅπαξ τὸ χέραδος. ἔστι δὲ τὸ συναγειρόμενον ἐν τῇ ῥύσει [τοῦ ποταμοῦ Et. M.] πλῆθος ἰλύος κ. ὀστράκων κ. λίθων. Et. M. h. v. — Ἀρίσταρχος δέ φησι χεράδας καλεῖσθαι τοὺς ποταμοὺς καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς λίθους. Et. M. s. v. χεράδες: τὰ παραθαλάσσια σκύ-

---

*) Et. M. 771, 18 τρυφάλεια; περικεφαλαία, τροπῇ τοῦ ῑ εἰς ῡ, τριφάλειά τις οὖσα, ἡ τρεῖς φαλοὺς ἔχουσα. Ὦρος.

**) Cf. sbhol. Π 106, ubi φάλαρα iisdem verbis ac φαλοί, explicatur, qvare τετραφάληρος i. q. τετράφαλος.

βαλα· παρὰ τὸ χεῖσθαι ῥαδίως. χεράδες λέγονται καὶ οἱ σωροὶ τῶν λίθων μικρῶν [adde lex. Philemonis ined. τῶν καθ' ἕνα χειρὶ ληφθῆναι δυναμένων]. Variae igitur sententiae interpretes distinebant de forma, origine, significatione hujus vocabuli. Utrum enim ὁ χεράς an τὸ χέραδος scribendum, a χεῖν an χεῖρ ducendum esset, haud satis constabat.

χεῦαι et χυτή (γαῖα). = scholl. Z 464. Ψ 256. L. Ar. 102.

χιτών ἐπὶ μὲν τοῦ συνήθους ἡμῖν [λεγομένου, ἱμάτιον Et. M.] B 42, ἐ. τ. θώρακος B 416. [ὅθεν κ. χαλκοχίτωνες οἱ χαλκοθώρακες Et. M.]. Cf. N 439 ὅτι — τὸν θώρακα χιτῶνα χαλκοῦν.

χωόμενος. Articulus plane congruit cum Ar:i doctrina, in scholiis ad Ψ 603. Φ 519. Ξ 496 cett. expressa, a Lehrsio illustrata p. 145. Qvod vero hic ibid. dicit: „Sed in χώεσθαι putaverim etymi aucupium (sc. a χεῖν) in causa fuisse, ut a sensu vocabuli aberraret“ — nescio an Ar. ipsam rem acu tetigerit. Vid. Curt. Et. 204.

Ψάμαθος ὁ παραθαλάσσιος ἄμμος. Prorsus item scholl. I 385 et β 326. Et, M. his addit: παρὰ τὸ ψαύεσθαι ὑπὸ τῆς θαλάττης . . .

ὠμησταί. „Apion maluit accipere pro composita voce; interpretatus enim est, qvasi diceretur ὠμοέσται, ὠμοφάγοι.“ δύναται δὲ καὶ παραγωγὸν εἶναι κ. ὀξυτονεῖσθαι, παρὰ τὴν ὠμότητα· καὶ γὰρ χηρωστὴς παρὰ τὴν χηρείαν· (De ejusmodi vocibus v. Lehrs. Ar. p. 309.). Cf. Philemonis, a Villois. in medium prolata, haec: ὠμησταί: — οἱ ὠμὰ ἐσθίοντες, — ὅπερ βαρύνει Τυραννίων, ὡς σύνθετον ἐκ τοῦ ὠμὰ ἐσθίειν. Ἀρίσταρχος δὲ ὀξύνει κανόνι τοιούτῳ „τὰ εἰς της τῷ η παραληγόμενα, ἔχοντα πρὸ τοῦ τ τὸ σ ὑπὲρ δύο συλλαβάς, ὀξύνονται· οἷον ἑρπηστής, ὀρχηστής. Cf. schol. X 67. Λ 454. Ω 82.

ὠμοθετεῖν. Integra lexici paraphrasis iisdem verbis legitur in schol. A 461. Cf. B 461. ξ 427.

ὣς i. q. οὕτως. — Tum ὡς pro „tamqvam“, ὅτε, ὅτι, πρός. δασυνόμενον δὲ κ. περισπώμενον τὸ ὧς, τὸ ὁμοίως (Vill. ὅμως) — — „ἀλλὰ καὶ ὣς“ A 116 κ. „ἀλλ' οὐδ' ὣς“ α 6. — Diu se observasse Lehrs dicit, particulam ὡς ap. Hom. numqvam significare id qvod ap. Atticos saepissime significet „nam“

(Ar. 159). De ὥς — ὦς ait: (Ar. Epimetr. 386): „Apollonius der Verfasser des lex. Hom., Aristarch, Tyrannio, Trypho, Apollonius Dyscolus, Herodian wussten auch von ὥς, „so“, wie von τώς, nur als oxytonon. Einzig einen Fall wussten sie, wo ἐν μέσῃ φράσει dies nicht-relative ὡς perispomenirt sei. Dies ist ganz sicher aus verschiedenen Stellen des Apoll. Dysc., — wie aus denen des Herodian. — — Für die Namen Trypho, Aristarch, Tyrannio sind einzusehen Apollon. conj. 523, Epimerism. Hom. 449. — Ἀρίσταρχ. δὲ παρῄνει τὸ ὡς ἐν μέσῃ φράσει περισπᾶν εἰ ὑποτάσσοιτο συνδέσμῳ τῷ καί — —“ Cf. choll. β 23. ε 430.

Priusqvam ad alia transgrediar, ea qvae hucusqve tractavi obiter oculis perlustrabo, ad genera qvaedam singula revocaturus. Atqve cum hoc mihi proposuerim, ut vestigia et reliqvias studiorum doctrinaeqve Aristarchi, per lexicon Apollonii dispersas, colligam, recenseam, illustrem, ut igitur, qvid inter se consentiant qvidve differant Aristarchus et Apollonius, exponam, hoc mihi primum monendum videtur, cum non ad eundem finem ab hoc atqve ab illo vocabula explicarentur, inde ipsam interpretandi rationem aliam apud alium extitisse. Apollonio enim vocabulorum interpretatio ipsa per se est maximi momenti; eo omnia spectant, ut qvid apud poetam significent voces, qvaenam notiones diversae singulis subjectae sint, cognoscatur; Aristarchus autem vocum interpretatione instrumento tantum et adminiculo utitur, qvo nitens jam ad altiora tendit. Totis enim locis explicandis, toto poeta intellegendo, singularum vocum significationes stabiliebat; qvo facto locos difficiliores qvasi ad obrussam exigebat; essentne spurii an ab ipso poeta profecti, dijudicabat, id maxime agens, ut de vera lectione constaret. Itaqve cum locorum interpretationes et vocum explicationes invicem se adjuvarent et illustrarent, ad totum poetam intellegendum procedebat, de ejus ingenio, stylo, dicendi genere et qvae ejusmodi sunt, qvaerebat; deniqve lectionibus constitutis, editiones parabat. (Vide v. c. scholl. Σ 247. K 10. A 5. Σ 597. Φ 126 cett. Lehrs Ar. pp. 75, 87, 89 cet.; de πάλιν p. 91). Constat deniqve grammatici celeberrimi commentarios,

„sive ab ipso magistro conscripti sunt sive postea“ a discipulis ad ejus scholam consignati“ (L. Ar. 22) refertos fuisse doctissimis et utilissimis observationibus (σημειώσεις), ad varia genera spectantibus, fuisseqve in iis et verborum usum et dicendi genus et rem grammaticam et antiqvitatem Homericam diligentissime tractata. Cui si Apollonius comparatur, jejunam sane et exilem doctrinam profitetur. Nam notionibus vocabulorum cognitis plerumqve non tendit ultra: nudam proponit significationem, nullis commentariis adornatam. Qvod igitur alteri est adjumentum et subsidium, id huic propositum et finis.

Neqve tamen Apollonius lexicon adeo in vocabularii formam exigui et jejuni redegit, ut qvae Aristarchus de poeta cognoscendo doctiora tradiderat, nusqvam in medium proferret. Immo multis locis praeclaras adnotationes affert, ad altius Homeri studium tendentes et Arist:i proprias interpretandi rationes servavit: cujus generis etiam plura haberemus, nisi a lexici epitomatoribus plurima essent contracta aut omnino omissa. Haec igitur vestigia doctrinae elegantioris jam paucis attingam.

1. Novimus Aristarchum in continua poetae explicatione occupatum totos locos qvam singulas voces explicare maluisse. Neqve enim significationes promptas et paratas Homero recusanti ingerebat, sed cum de Homero tantum ipsum consuluisset, inde singulis locis vocibusqve lucem afferebat. Continuas locorum explicationes apud Apoll. in hoc Cap. sub his vocc. inveni: ἄβρομοι (N 41), ἀγάννιφος, ἀγγελίην (significatio ἄγγελος e Δ 384 perpenso efficitur), ἀκοστήσας (sensus ex ipso Homero elicitur), ἀλφεσίβοιαι (e cognitione antiqvitatis vox interpretatur), ἀμφίβασις, ἀνέσαιμι (ἀνιείης β 185 ex seqventi versu explicatur), ἀξύλῳ, ἀπίης γαίης (explicatur ope π 17, 18), ἅρπυιαι (Τ 400), θυρεόν, ἱππόται, κασίγνητος, κελαινόν, κώδειαν (v. Ξ 499 explicatus), μέλπηθρα, Μολίονε, ὁμοιίου πολέμοιο, ὄψον, πυλάρταο, Ὑδή et Ὕλη, ὑπερφίαλοι. In his omnibus integrae servatae sunt Aristarchi observationes. In ceteris lexicographus ad vocabulorum significationes locos Homericos ap-

ponit ille qvidem, sed laxe tantum et specie, non ita ut locis explicatis et inter se collatis sensus vocabuli eluceat.

2. Huc etiam id pertinet, qvod Aristarchus totos locos paraphrasi exprimere solebat, verbum verbo reddens ac postremo totius loci sensum aperiens (Lehrs Ar. 153 sqq. scholl. T 406). Itaqve poesin in prosam et vulgarem orationem solvebat. Hujus generis in lexico esse videntur: ἀγγελίην, γράψας (Z 169), ἐντυπὰς ἐν χλαίνῃ, ἔρρων, κώδειαν (v. Ξ 499), λαθεῖν (v. I 537), λαχμῷ (ι 445), οὔνεσθε, πρὸ φόωςδε (T 118), σήκασθεν (Θ 131), στεῦτο.

Haec disertiora sunt hujus generis exempla, sed vestigia paraphrasis Aristarchi per totum lexicon dispersa ubiqve occurrunt; dico voces, qvae cum aut solo epico sermone acceptae essent, aut a vulgari usu differrent, per vulgaria synonyma reddebantur. Hae igitur sunt λέξεις illae Aristarchi, qvarum scholia saepe mentionem faciunt. Opus peculiare, λέξεις inscriptum, ab Aristarcho numqvam confectum esse satis inter omnes constat (Sengebusch Diss. Hom. I p. 54. Bernhardy Gr. Lit. Gesch. [3] II, 1 p. 194), sed per commentarios et dissertationes ubiqve vocabulorum explicationes aliis adnotationibus intexuit. Postea neqve ita multo post Aristarchum, ut opinor, fuit qvidam, qvi has λέξεις, haec vocabula explicata et ad Homeri carminum ordinem decurrentia, e commentariis excerpsit, collegit, opus singulare, λέξεις 'Αριστάρχου inscriptum, edidit. Primus de hoc opere Didymus nos facit certiores. Sch. B 435 μηκέτι νῦν δήθ' αὖθι λεγώμεθα: οὕτως αἱ 'Αριστάρχου· λέξεις ἐκ τοῦ B τῆς 'Ιλιάδος· δηθά πολὺν χρόνον, αὖθι αὐτοῦ, λεγώμεθα συναθροιζώμεθα. ὁ δὲ λόγος τοιοῦτος· μηκέτι νῦν ἐπὶ πολὺν χρόνον αὐτοῦ συνηθροισμένοι μένωμεν. (L. Ar. 156). Ex his ultro elucet, qvales hae λέξεις principio fuerint. „At non videntur hac ipsa indutae specie, qvam Didymus et sine dubio Pamphilus etiam noverunt, ad posteriora usqve saecula perdurasse sed eodem fere tempore, qvo Longini qvoqve περὶ τῶν παρὰ 'Ομήρῳ πολλὰ σημαινουσῶν λέξεων — — opusculum formam mutare jubebatur — — auctore nescio qvo induisse dictionarii speciem κατὰ στοιχεῖον compositi, unde de cujuslibet vocabuli Home-

rici usu, significationibus et forma qvi vellet edoceri, faciliorem haberet inventionem. Atqve librum sic institutum non miramur arrisisse Hesychio, in amplificando Diogeniani lexico occupato, et hunc cur totum expilaverit — nemo est qvin intellegat." (M. Schmidt. Qvaestt. Hes. CVII sq.). Vocabularium autem ab Apollonio excerptum eandem servavisse formam, qvam Didymus cognoverat, ex his colligi potest. Neqve enim ille omnes cujusqve vocis formas, apud poetam obvias, explicat, ut Hesychius, sed unam duasve expromit, unde ceterae cognosci possint. Si igitur ejusmodi opus ei praesto fuit, hoc etiam saepissime ab eo in partes esse vocatum manifestum est. Cum enim plurimas Ar:i explicationes, qvamvis breviter propositas, inde accipere posset, qvid ad ejusdem hypomnemata per viarum longas ambages recurrere opus esset? Qvodsi etiam hos libros saepe consuluisse videtur, hoc ideo fecit, ut de locis difficilioribus qvid Ar. sensisset et dixisset, ipse suis oculis inspiceret. Sed λέξεις Aristarchi tamen stirpem et fundamentum lexici nostri esse mihi persuasum est. Neqve hoc primum fuit sui generis opusculum. Jam enim Apollonii aetate multa vocabularia, non solum Homerum aliosqve poetas vetustiores sed etiam dialectos et artes complexa extiterant; et sine nomine noster lexicographorum testimonia allegat. Mature enim vocabula ab usu vulgari aliena libellis coepta sunt colligi. Itaqve jam *Democritus Abderita* (Diogen. Laert. 9, 48) librum edidit περὶ ʽΟμήρου ἢ ὀρθοεπείης κ. γλώσσεων; *glossographos* Aristarchus saepe diplis castigat, *Zenodotus* Ephesius glossarium Homericum composuit (schol. γ 444. Sengeb. diss. I 23), congeriem glossarum *Philetas Cous* edidit; deniqve *Aristophanis* γλῶτται etiam Homerica vocabula continebant. (De qvibus v. Lehrs Ar. 35—44). Deniqve memorandae sunt glossae *Seleuci* „Homerici“, glossae *Apionis*, *Timogenis* cujudam παραφράσεις, qvarum fit mentio in lexico nostro sub v. ἅρπυιαι (v. Lersch Sprachphil. d. Alten III, 71 sqq. Sengeb. Diss. I, 52 sqq.), *Philoxeni* περὶ τῶν παρ' ʽΟμήρῳ γλωσσῶν (Suid.), *Aelii Sereni* glossae, *Longini* opus περὶ τῶν παρ' ʽΟμ. πολλὰ σημαινουσῶν λέξεων (Vill. proll. XXII sq). — Sed

revertamur ad glossas Aristarchi. Qvas jam ab isto, qvi primus collegerat, aliqvanto praecisas et contractas, qvi postea in usum suum verterunt, magis magisqve contrahebant, in angustius cogebant. Horum vero imprimis fuere lexicographi. Qvare jam non debemus mirari, si Aristarchi vocabulorum explicationes plerumqve perbreves et in glossarum formam redactae apud Apollonium reperiuntur. Sunt maximam partem excerptae. Integriores tamen λέξεις servatae sunt, qvas hoc loco tractamus, e qvibus cognoscere licet Aristarchum per has paraphrases saepe copiosas et verbosas id egisse, ut vocabula Homerica vel rariora qvid *proprie* (κυρίως) significarent, erueret. Ad qvam rationem licet vel plurima ab initio tractata fuerint, tamen in qvibus etiam nunc servata est ipsa paraphrasis forma et ratio dicendi hujusmodi explicandi generis propria, ea tantum enumerabo. Sunt: ἀγάννιφος, ἄγαλμα, αἰναρέτης, ἀλφεσίβοιαι, ἀνεμοτρεφές, ἀνέσαιμι, ἀνιεμένη, ἀνάεδνον, ἀπίης, ἀποστήσωνται, ἀπύρους, ἀστεμφές, αὐέρυσαν, ἀφήτορος, βέλος, βροτός, γέγωνε, γύαλον, διδυμάονε, ἕδνα, ἔθοντες, ἔντεα, ἐνδίνων, ἐπὶ κάρα, ἑταιρίσσαι, ἤλασαν, ἰθυπτίωνα, καμμονίην, κλητούς, κοιμηθέντι, κοτυλήρυτον, κυνάμυια, μέλλετε, μενοεικέα, νέμος, ὀνείατα, οὔλιος, παλιμπετές, παλίωξις, παρθένιος, πολύκεστος, πρηνής, πρωτοπαγής, πυρὸς αὐγή, ῥινοτόρος, τέμενος, φαλός, χέραδος, ψάμαθος, ὠμοθετεῖν. — De his omnibus sane valet qvod Lehrs. dicit (Ar. 154): „apparet studuisse in his verborum sensum vocabulis notioribus et propriis qvam accuratissime reddere —, in qvo perspicuitatis causa non fugit pluribus verbis uti.“ Et qvod idem dicit: „si commode fieri posset, tenuit in paraphrasi Homerici vocabuli radicem“, id in haec cadit: ἄγαλμα, ἀλφεσίβοιαι, ἀνάεδνον, ἔθοντες, ἔντεα, ἰθυπτίωνα, καμμονίην, κλητούς, κοτυλήρυτον, μενοεικέα, ὀνείατα, παλίωξις, πολύκεστος, πρωτοπαγής, τέμενος, ὠμοθετεῖν all. De ceteris valet: „Hoc tamen non anxie secutus est (sc. rationem radicis tenendae); sed propria vocabula qvaesiit, — ita ut in compositis etiam praepositionum vis patefieret.“ Vide: αὐέρυσαν, ἀνέσαιμι,

ἀνιεμένη all. — Atqve has glossas non ex hypomnematis sed e glossario illo ipso excerptas in lexicon influxisse, e multis exemplis colligas. Haec inspicias velim: αἰναρέτης, ἀνέσαιμι, ἀνιεμένη, ἀπίης, ἀστεμφές, γέγωνε, ἔθοντες, ἤλασαν, χυνάμυια, μέλλετε, οὔλιος, τρίλλιστος, φαλός. In his enim post caput glossae mox seqvitur glossa vel paraphrasis, speciem prae se ferens totius cujusdam per se finiti absolutiqve; tum nullo nexu causali vel sensus aliae sententiae excipiunt, ita ut confinium valde manifestum et certum glossam ab inseqventibus dirimat, qvae aut ipso lexicographo originem debent aut e commentariis oriunda sunt. — In ceteris autem articulis haud ita facile paraphrasis a tota sententia articuli sejungitur.

3. Semel dicta vel ἅπαξ εἰρημένα haec commemorantur: ἐντυπάς, χουρίξ, χώδεια, λενκάσπιδα. De his et sim. Lehrsius monet: „in vocibus rarius vel semel occurrentibus qvid sibi voluerit poeta, ad propriam ejus virtutem, qvae perspicuitas est et simplex et conveniens dictio, expendit."

4. Praecepta et rationes etymologiae graecae Lersch (Sprachphil. d. Alten III p. 78 sqq.) inde a Stoicis usqve ad infimos Byzantios perseqvens, imitationem l. μίμησιν agnoscit primam fuisse rationem vocum fingendarum: μίμησις est congruentia rei et vocis *). In voce enim ipsa res, ipsa notio (σημασία, σημαινόμενον) cernitur. Tum Lerschius singula tradit praecepta, secundum qvae vocum derivatio fieri putabatur. Cum vero omnia illa τροπή, πλεονασμός, συγκοπή, μετάθεσις cett. in incredibili fere licentia versentur, ita ut vix una sit litera, qvae non in qvamlibet aliam mutari possit et in eodem vocabulo omnes fere mutationes literarum fieri possint, in maximos errores etymologos incidisse ait. Etiam severiorem se praebet judicem antiqvorum, qvi originibus vocum indagandis operam dabant, G. Curtius (Grundzüge d. griech. Etymologie [5] 5, 6). Dicit fere, eorum tot et tantos

---

*) Cf. „ἰδίωμα l. μίμηκα φωνῆς l. ἠχοῦς l. ψόφου," de qvibus Apoll. lex. sub his: βράχε, κάρκαιρε, κελαρύζει, κνυζηθμοῦ, λαῖτμα, λάκε, λάπτω, cett. „πεποιημένα κατὰ μίμησιν l. ὀνοματοπεποιημένα" haec: ἀναβέβρυχε, ἀνακυμβαλίαζον, ἀναμαίμαε, δαρδάπτω, καταβρόξειν, παππάζουσι multa alia.

esse errores, ut qvi in iis qvaerendis diutius remorari velit, eum singulari rerum veterum amore et studio teneri necesse sit. Ab illis enim inventum esse pessimum istud etymologiae genus, qvod si qvam animo conceperis speciem vel notionem alicujus rei, eam qvasi per vim voci inculcare vel ex illa elicere studes. „Die Sprache soll bestätigen was wir ausgeklügelt haben." Itaqve fines modosqve omnes excessisse philosophos Stoicos et iis esse vitio vertendum, qvod etymologia graeca viā decepta in errores et ineptias misere incurrerit. A qva licentia immodica, qvi Alexandriae floruerint, illustres grammaticos, qvamvis vitiis minime carentes, tamen admodum abstinuisse. Hactenus Curtius. Qvid vero Aristarchus de utilitate etymologiae senserit, si qvaeras, Lehrsius hoc tantum ait: (Ar. p. 4) „nugas etymologicas inveniri illas qvidem in scholiis Aristoniceis, sed excellentissimis et doctissimis de antiqvitate Homerica, de verborum significatione, de versibus spuriis observationibus ita obscurari, vix ut appareant;" et (p. 144) „ascripsit etymologica, qvae falsa vel ridicula vel nimium incerta vel in commentariis superflua esse videantur;" qvamqvam idem monet „alia etiam multa inveniri recte observata et ex propinqvo sumpta." Videmus Aristarchum, in eo maxime occupatum, ut poeta qvid sibi voluisset, qvi singulorum locorum esset sensus, qvi vocabulorum usus, ex intimo ipsius animo et ingenio cognosceret, illam originum indagandarum artem, qvam non desideraret, aut plane omisisse aut non multum ei tribuisse. Et optime qvidem hic modum servasse videtur, si cum inferioris aetatis grammaticis comparatur, qvi, etymologia (ἐτυμολογίας εὕρεσις) grammatices parte facta, unde verbum qvodqve ductum esset, curiose explorabant. Hi labores, qvorum uberrimi fructus in Etymologico Magno servati sunt, (unde multa hujus generis in lexicon Apol. irrepsisse videntur) etiam nunc testimonium dant diligentiae et studii indefessi, qvod meliori rei tribuendum erat. Atqve eodem studio ductus jam Herodianus, ceteroqvin prudens et modestus, multos in errores incidit (Lersch O. c. p. 104 de ἄαπτος; Curt. Et. p. 6). Qvare minime mirum, si Apollonius lexici auctor scopulos etymo-

logici aeqvoris evitare nesciebat, cum jam pestis illa in grammaticorum ludis libere vagaretur. Etyma aucupandi studio arreptus, non solum qvae Aristarchus tradiderat sed etiam qvidqvid ipse aut alii, imprimis qvi etymologiae cupidissimum se praebet, Apio, conflaverant, in medium profert. Itaqve vocabulorum, qvae in hoc capite tractavimus, omnium fere origines invenire studet. In qvibus nonnulla sunt, qvorum etymologiae, qvamvis ab Aristarcho profectae, tamen improbabiles vel ineptae sunt, ut: ἀγέρωχοι, ἄκνηστις, ἀκοστήσας, ἔντεα, ἱερόν, πρόβατα cett. Praeterea suo nomine etymologica qvaedam Apoll. proponit, v. c. sub his: κόνις, Μολίονε, οὐρῆας, πρηνής, ῥινός.

Monendum enim est, inter Apollonium et Alexandrinos, imprimis Aristarchum hoc maxime interesse, qvod hic jam multo magis qvam illi in originibus vocum enodandis versatus, glossographiam etymologicis rationibus confirmare, immo a sola etymologia saepe significationes repetere studet. Ut jam diximus, post Aristarchum etymologiae studium incrementa in dies majora cepit, et qvi illi operam navarent, multi fuerunt. Qvorum Apollonius testes adhibet: *Apollodorum* Atheniensem, qvi scripit περὶ ἐτυμολογιῶν (Athen. XI, 483. A.) et *Demetrium Ixionem* scriptorem libri ἐτυμολογία intitulati (Athen. II, 50 A.) *) Itaqve ut Apionea omittam, jam in lexico Apollonii, multas nugas et ineptias legimus, easqve praecipue in iis, qvae non Aristarcho videntur originem debere. Sunt haec qvidem indicia lexici e variis fontibus compilati. Qvorum, qvae maxime sapiunt recentiorum argutias, nonnulla exempla jam proponam: ἄειν πνεῖν ἀπὸ τοῦ ἀεὶ ἰέναι. ἀήσυρον οἷόν τε ὑπὸ τοῦ ἀνέμου σύρεσθαι. αἰζηοί οἱ ἐν ἀήτῃ ζέοντες. αἶσχος ὃ οὐκ ἄν τις ἴσχειν βούληται. αἰγανέας ἀπὸ τοῦ ἄγαν ἵεσθαι. ἀνθερεών — — ἀφ' οὗ ἄρχεται ἀνθεῖν τὸ γένειον — — ἀντιμολῆσαι οἷον ἀντιβολῆσαι. ἀνδρακάς: ἀνδραδάς = καίω: δαίω. ἀνηρείψαντο — ἀπὸ τῆς ἔρας ἀναλαμβάνειν. ἀπεκαίνυτο ἐνίκα, ἀπὸ τοῦ ἄπωθεν τοῦ καίνεσθαι εἶναι τοὺς νικῶντας. — ἀπήνη ἅμαξα, ἀπὸ τοῦ ἀπιέναι.

*) Cf. Lersch, Sprachphilosophie der Alten III, 61 sqq.

ἀσάμινθον ἀπὸ τοῦ τὴν ἄσιν μινύθειν. δειρή ὁ ταράχηλος — — διὰ τὸ ἀπὸ τούτων τῶν μερῶν ἄρχεσθαι δείρεσθαι. δέμνια ἀπὸ τοῦ τὸ δέμας ἐν αὐτοῖς μένειν. — Sed jam taedet ineptias enumerare, qvibus qvaevis lexici pagina abundat. (Plura videbis Cap. III § 4).

5. Inter rationes Aristarcheae interpretationis haec vel maximi momenti est, qvod „in *consuetis* vocabulis, qvorum et ad majorem Homericorum locorum partem plerumqve pertinet utilitas et explicatio certior, plus etiam qvam in rarioribus et antiqvitate obscuratis operae ponebat" (Lehrs Ar. 45). Horum usum proprium diligentissime explanavit, ut etiam nunc, qvae ejusdem generis in lexico servata sunt, indicant. Sunt: ἀγγελίην, ἀείρας, αἴδεσθαι, ἄκρης, ἄκριτον, ἀμφίβασις, ἄριστον, βέλος, βεβολημένος, βεβλήατο, διδυμάονε, ἔθοντες, ἐλαύνωσι, ἤλασαν, ἤδη, ἡρώων, ἤτοι, ἠώς, θαυμάζειν, ἰθύς, ἱππόται, καταθύμιος, κοιμηθέντι, λαθεῖν, μέλλετε, ὁμοιίου, ὄψον, πάντοσε, ποινή, πρεσβυτάτην, πρόβατα, τάχα, χεῦαι, χυτή cett.

Qvo igitur haec et alia usu proprio a poeta accepta essent, qvum constitueret grammaticus, id qvoqve observare solebat, qvid a vulgari sensu vel aliorum consuetudine eadem differrent, ne in errores et vitia a propinqvo imminentia qvis incurreret. Qvare etiam saepe „non tantum *qvid* significent vocabula, sed qvid *non* significent, docet." Hujus igitur generis e lexico haec afferam: ἀκοστήσας, ἀφήτορος, ὁμοιΐου, ὀνείατα, a glossographis falso explicata; ἀνέσαιμι (contra Hellanicum), ἅρπυιαι (advers. Timogenem), ἄγαλμα, ἀγέρωχοι, ἀπίης γαίης, ἐντυπάς, θαυμάζειν, ἱππόται, κεστός, κοιμηθέντε, κροαίνων, ὄψον, τάχα, qvorum aliis alii, plerumqve consuetudine vulgari in errorem inducti, sensum ab Homero alienum tribuere solebant. Rarius tamen falsas illas explicationes, Aristarchi diplis notatas, Apollonius commemorat, sive in glossario hoc superfluum visum est, sive apposuit ille qvidem eas, sed sunt ab epitomatore omissae.

Ad diplam circumpunctatam, olim positam sed postea

omissam, id spectare videtur qvod Zenodoti lectionis fit mentio s. v. ἀγγελίην (Cf. φραδέος).

6. Ad sensum vocabulorum proprium enodandum interpretatio Aristarchi omnino tendit. Cujus rationis etiam alia erant propria. Itaqve ab *mediam*, qvam dicunt, significationem annotata sunt ἀγήνωρ, ἀγηνορία, ὑπερφίαλος; ob *activam* et *passivam* notionem ἀΐδηλον; ob multas significationes (πολλὰ σημαίνει) ejusdem vocis ἀγάασθαι, ἐείσατο, κόνις, λεγοίμεθα, μενεαίνειν, στυγέῃ, χωόμενος cett.; ob sensum varium, ab aliis aliter acceptum, ἀβρότη, ἀμφιγύοισιν, ἀξύλῳ, κροαίνων; et vulgari et proprio sensu accepta haec afferuntur: ἀπειλεῖς, θαυμάζειν, κόνις, πρεσβυτάτην. —

Interdum voces dicuntur ἰδίως acceptae esse. Hoc modo idem atqve κυρίως valere, (cf. κτιδέην sub v. κυνέη, κώδειαν), modo usum singularem et peculiarem, a proprio recedentem, respicere videtur (v. αἰδεῖσθαι). Cf. lex. Ap. sub λωτόν — ὁ ἰδίως λεγόμενος (lotus Aegyptia); κάρη — "ἰδιάζον ἐστὶ τὸ κάρα, solum enim neutrum in α productum exit."

His socias qvaedam voces se adjungunt, qvae praeter proprium sensum etiam *abusive* καταχρηστικῶς usurpantur, aut alios usus singulares habent. Priorum sunt: ἀγορεύειν, αἴειν et κλύειν, ἀμφίβασις, περιβῆναι, ἔναρα, ἐναρίζει, ἔντεα, κυνέη, μέσσαυλος. Posteriorum autem aliae μεταφορικῶς ponuntur, sunt translatae: ἀναιδής, ἐλαύνωσι, ἐνοπή, βοή, κωφόν, πευκαλίμῃσι; aliae, proprio sensu servato, modo amplificantur et latius patent (= τροπικῶς κατὰ συνεκδοχήν l. τῷ εἴδει τὸ γένος, species pro genere): ἀγάννιφος, αἴειν et κλύειν, κασίγνητος, cett.; — aliae autem dicuntur τροπικῶς, ἀπὸ τοῦ ὅλου τὸ μέρος, genus pro specie: δώματα i. q. σκηναί, γνωτός i. q. ἀδελφός, βόας = ἀσπίδας etc. (De his et talibus v. Lersch. op. cit. III p. 91 sqq.).

7. In antiquitate Homerica exploranda Apolloniūs haud assidue versatur. „In his qvoqve observandi diligentia et subtilitas fabulas et terrae coeliqve descriptionem et artem poetae non nisi ex ipso unoqve Homero expedit." (L. Ar.

163). Huc pertinent, qvibus qviddam antiqvitatis attingitur, haec: ἄβρομοι ἀγάννιφος, Αἴγυπτος, Ἅρπυιαι, ἀφήτορος et Φοίβος, Ὕδη, κεστός et πολύκεστος cett.

8. Res grammaticae et prosodiacae sub his vocabulis qvaedam tractantur: ἀνιείης, ἐξεσίην, ἕ, ἕθεν, ἑοῖ, εὗ, ἥ, Σαρπήδοντος, κελαίνεφες, ταλαύρινος, τανύηκες.

Caput tertium.

Hoc loco demum Apollonium introducam et Aristarchum inter se dissentientes. Sunt enim in lexico multa, qvae qvamvis ab Aristarcho primo auctore originem repetere videantur, tamen multis modis alia aliter ab ejus doctrina et placitis recedunt, discrepant, aliena sunt; ita ut non ex ipsis ejus scriptis, sed per viarum ambages a recentioribus fontibus in lexicon permanavisse videantur. Qvos varios ac diversos fuisse puto. Alias enim glossas e glossariis Aristarchi et aliorum, alias e glossarum vel interpretationum corpore qvodam, alias e commentariis discipulorum petitas esse probabile est. Qvare qvo facilius omnia uno qvasi conspectu videamus, singula prout ab Aristarchi sententiis discrepant, in genera qvaedam digeremus.

§ 1. Ac primum glossulas qvasdam proponam, qvae Aristarchi qvidem explicationes et sententias continent, sed adeo contractas et exiles, ut, qvare qvidqve ab illo adnotatum fuerit, paene lateat et, qvid voluerit, obscure et qvasi digito tantum significetur. Qvodsi has glossas brevissimas cum Aristarchi adnotationibus, qvales Aristonicus tradidit, contuleris, illum non satis habuisse nudam brevemqve statuere vocis significationem, sed de usu vocabulorum et sensu locorum Homericorum multa praecepisse varia et utilia videbis. Qvare si lexicographus ipsa Aristarchi verba exprimeret, non dubie pleniorem et integriorem ejus doctrinam referret; praesertim cum ceteris locis, qvamvis epitomatorum inter manus versatus, ejus imaginem neutiqvam corruptam vel deformatam nobis proponat. Hae vero uberioris doctrinae reliqviae nudam glossam praebent, uno vel duobus verbis explicatam; itaqve non ex ipsis Aristarchi scriptis, sed e λέ-

ξεων aliqva synagoge, i. e. e glossario Aristarcheo, a recentioribus concinnato, hae glossulae excerptae in lexicon immigrasse videntur. Omnium vero formam ita brevem et exilem demum post lexicon nostrum compositum aut epitomatorum ope extitisse ideo non est probabile, qvod harum glossarum multae aeqve breves et contractae in lexico Hesychiano prodeunt. Qvare cum Apollonii lexicon constet per Diogenianum in Hesychii lexicon immigrasse (vid. M. Schmidt. Hes. lex. IV Qvaestt. Hesych. CVI), Diogeniani jam aetate, h. e. uno saeculo post lexicon Hom. conditum, eandem formam glossae habebant qvam hodie; unde colligi poterit eadem forma indutas jam lexici conditori eas praesto fuisse nec demum postea esse mutilatas. Harum exempla proponam nonnulla, reliqva breviter tantum indicaturus.

δόνακας καλάμους. Melius schol. N 584 δόναξ: ἡ δ. ὅτι ὁ τοῦ βέλους κάλαμος. τὰ γὰρ βέλη ξύλινα κ. καλάμινα ἦν. — ἐλέφαντα τὸ ἐλεφάντινον. Excidit ὀστοῦν, qvod extat in Hes. et Et. M. Respicitur enim Δ 141, ad qvem locum Et. M. (s. ἐλέφας): ἐλεφάντινον ὀστοῦν τῷ φοινικῷ χρώματι χρίσῃ, βάψῃ. Aristarchus h. l. diplam apposuit, qvod nonnulli, adjectivo ἐλεφαντός ficto, ἐλεφαντά eburnea, alba, de lana alba cogitassent, cum proprie esset accipiendum τόν ἐλέφαντα. Haec etiam ap. Hes. leguntur. — πόνος τὸ ἐνέργημα. Brevissime igitur haec vox expeditur, de qva scholia copiose et abundanter agunt. Ar:m enim, multis diplis positis, docuisse novimus πόνος nusqvam doloris, sed laboris tantum significationem habere, neqve hic substitisse, sed praecipue de labore bellico hoc dici monuisse. Cf. scholl. B 291. K 116. A 467. N 2. β 334. L. Ar. 73 sqq. Polak Obss. in scholl. Od. 11. — σύνθεο . . . „σύνθετο θυμῷ" (H 44) συνῆκεν, ἑαυτῷ διελογίσατο. Cf. sch. h. l. ἡ δ. ὅ. μαντικῶς συνῆκεν, οὐκ ἀκούσας αὐτῶν τῆς φωνῆς. Ex his glossarum collector illud συνῆκεν tantum excerpserat, qvod lexici conditor deinde accepit, addens ἑαυτῷ δ., et sic plerumqve factum esse suspicor. — Haec sufficiant; cetera breviter indicabo, glossarum capitibus singulis scholia tantum signata addens, unde cognosci possit, Aristarchum uberiora et doctiora qvam lex. tradidisse.

Sunt haec: ἀλοία = Hes. cf. sch. I 568. Etiam qvae de πατραλοῖαι cet. dicuntur, cum eadem ap. Hes. extent, genuina esse videntur. — ἀπηῦρα. sch. Y 290. — ἀρνύμενος. A 159. α 5. — ἄταρ. ζ 86. — γάλως. Γ 122. — γείνεαι γεννήσεις emenda in γεννήσῃς, respicit enim v. 202. — γενναῖον. sch. E 253. — δέκτῃ. fragmentum Ar:i observationis; cf. sch. δ 248. — διερῷ. ι 43. ζ 201. L. Ar. 41 sq. — δῖον. X 251. — δυσπέμφελος. Π 748. — ἐγγείνωνται. T 26. — ἐΐκτην . . ἔϊκτο . . ἐΐσκοντες . . ἴσκεν (Ar:um scripsisse ἐΐσκω non ἴσκω ex Et. M. v. διδάσκω concludi licet). Cf. scholl. Π 41. χ 31. L. Ar. 97. Raro fit, ut Apollonius tot ejusdem vocis formas e glossario isto proferat (Cf. Schmidt. Qvaestt. Hes. IV. CVIII). — εἴρετο cf. Z 239. Σ 531. λ 542. art. corrupt. — ἐλεαίρει. B 27. — ἔλπεται. sch. I 554. Θ 526. (Toll. em. ἔλπει, ad β 91 vocem referens; potest etiam ad φ 157 pertinere). — ἐλώρια. Cf. sch. E 684. A 4. Σ 93 cett. Et. M. h. v. Item Hes. — ἔμβαδον. O 505. — ἐπιείσομαι. M 118. Θ 532. L. Ar. 148. — ἐπίστηται. Π 243 (Zenod. scripsit ἐπιστέαται). Π 142. N 223. Φ 320. — ἐπιτηδές. Non pro adverbio — hoc enim scribendum ἐπίτηδες — sed pro adjectivo ex ἐπιτηδέες per apobolen τοῦ ε facto Ar. h. v. accepit, id qvod e lexici glossula ἐπιτηδεῖς, ἐπιτηδείους vix intellegas. Cf. supra sub παλιμπετές et E. M. h. v. — ἐρέων. Ψ 226. B 49. — ἐῶμεν. T 402. — ἠγνοίησεν. Multo disertior Ar. sch. B 807. — θυέεσσι . . θυέων . . θυώδεα . . θυήεις . . τεθυωμένοι . . L. Ar. 82 sq. I 219. Ad. A:i placita hoc spectare videtur, qvod Ap. in paraphrasi verbis ubiqve utitur his vel similibus: θυμιάζω, θυμίαμα (suffimentum), θυσία. — ἵστωρ. = Hes. L. Ar. 109. — κόρσην. Δ 502. — λάρναξ. Σ 413. Ω 795. = Hes. — λευγαλέως. I 119. Φ 281. ε 312. L. Ar. 106. λικριφίς . . = Hes. λέχριον. cf. Ξ 463. λ 597. τ 451. — ὀφέλλειν. B 420. — παχνοῦται. P 112. — πλάζεται. ε 38. — πλεῖαι. I 71. — πρυμνόν. sch. Herod. Ξ 11. 32. (L. Ar. 225). Λ 600. Π 124. — ῥοδόεντι. Ψ 186. Ξ 171. — σάλπιγξ. Σ 219. — τέγεοι. Z 248. Π 184 — glossulam mancam scholia omni e parte explent. — τλῆναι. E 670. K 231. Φ 430.

— τυπείς . . τύψας. Π 105. Υ 378 cett. L. Ar. 51 sq. — ὕπαιθα. Φ 255. Χ 141. — φέρτρῳ. Σ 236. — φηγός. Ι 354. Η 22. — φλέγμα. Φ 337. — φωριαμοῖς. Ω 228. — Ex hoc numero exceptam postremo glossam ponam προτέρω εἰς τοὔμπροσθεν. Item scholl. Κ. 469. ι 62. Sed Et. M. h. v.: πορρωτέρω, εἰς τοὔμπρ. ἢ ἐνδοτέρω· ἢ πρότερον. γίνεται κατὰ συγκοπὴν ἀπὸ τοῦ πορρωτέρω. καὶ προτέρωσε. Ἀπολλώνιος. Si ille Apoll. idem est atqve hic noster, tunc sane excerptus et decurtatus ad posteritatem pervenit.

§ 2. Ab illis, qvas proxime tractavi, haud multum differunt aliae qvaedam glossae. Pendent hae qvoqve ab Aristarchi auctoritate ac pluribus verbis qvam proximae illae plerumqve exaratae sunt; tamen, qvod multis modis sententia obscurata est aut fluctuat et totus sermonis color tam incertus est, ut lexicographus ipse ignorare videatur Aristarchi sententias se afferre, fieri non potest, ut ex ipsis Ar:i commentariis has profectas esse credam. Qvid? qvod interdum auctoris vestigia vix agnoscimus et, cur ab illo singula notata sint, latet. Itaqve cum A:i non prodeat plena doctrina, cum falsae interpretationes, qvibus ille restitit, non commemorentur, cum deniqve ipsa summa rei desit, et nudae tantum vocum significationes plerumqve extent, haec qvoqve e glossario illo, de qvo egi, petita esse putarim. Exempla rem illustrabunt.

ἑανός ἔνδυμα γυναικεῖον [ὃ καὶ πέπλος λέγει Ὅμηρος accedant ex Hes. plane consentiente], παρὰ τὸ ἕννυσθαι. Hactenus Ar. loqvitur, cf. scholl. Π 9. Ξ 178. Inde haec excipiunt: σημαίνει δέ ποτε καὶ τὸν εὐδιάχυτον, ὅταν λέγῃ „ἑανοῦ κασσιτέροιο“, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν χωνείαν ἀνίεσθαι (etymologia recentiores redolet, cf. E. M.; deest ex Hes.). ὅταν δὲ λέγῃ „ἑανῷ λιτὶ κάλυψεν“, ἐπιβολαίῳ λιτῷ σημαίνει. ποτὲ τῷ λεπτῷ ὑφάσματι. Itaqve substantivum et adject. ἑαν. inter se confusa sunt. At illa ποτε κτκ. qvid h. l. sibi velint, nescio. Corrupta esse patet. Cum enim in Hes. haec sint . . . „ἑανῷ λ.“ ἢ λεπτῷ ὑφάσματι ἢ λινῷ περιβολαίῳ et in E. M. . . τῷ ἐπιβ. κ. λεπτῷ ὑφ., sic lexicon est emendandum: . . . ἑ. λιτῷ ἢ λεπτῷ ὑφ. σημαίνει. —

Ὄλυμπος τινὲς ὄρος Μακεδονίας. Tollius ait: „Glossa tamen ipsa vel mutilata vel ab imperito interpolatore profecta videtur. Stolidum enim fuerit rem certissimam et pervulgatam, Olympum fuisse montem Macedoniae, ita proponere, ut *nonnulli* tantum censuisse videantur — — nisi in integra olim glossa certus qvidam explicatus fuerit locus, in qvo Olympum alii pro coelo acciperent, alii autem pro monte.“ Neqve vero puto in integra olim glossa certum qvemqvam locum respectum, sed usum hujus vocis Homericum explanatum fuisse. Excidisse tamen nonnulla libenter concedam. Cum enim Hes. habeat: οὐρανός, θεοῦ οἰκητήριον καὶ ὄρος ἐν Μακεδονίᾳ, sic fere Apollonium olim habuisse putarim: τινὲς μὲν τὸν οὐρανόν, τινὲς δὲ τὸ ὄρος Μ. — Arist:um permultis locis adnotasse Olympum apud Hom. montem esse, non coelum, non est qvod moneam. L. Ar. 165 sqq.

οὐρανός ὁ κατεστηριγμένος πᾶς τόπος. Concinnius schol. Ξ 288 ἡ δ. ὅ. καθ' Ὅμηρον ἀήρ ὁ ἀπὸ γῆς μέχρι νεφῶν τόπος· ὁ δὲ ὑπὲρ τὰ νέφη τόπος αἰθὴρ κ. ὁμωνύμως τῷ στερεμνίῳ οὐρανός. διὸ τὰ νέφη λέγει πύλας οὐρανοῦ. Item A 497 cett. v. L. Ar. 164. οὐρανός igitur firmamentum coeli arctiore sensu. Cui interpretationi eleganti si lexici glossam contuleris, valde exilis et obscura haec apparebit, immo ab excerptore male habita. Qvare Villoiso scribi jussit, qvod habet Hes., κατηστερισμένος „esseqve hoc multo melius, cum οὐρανὸν ἀστερόεντα respiceret, coelum stellis ardentibus aptum . .“ Si vero vir cel. Ar:i interpretationem cognovisset, vix qvidqvam mutasset. Nam illud κατεστηριγμένος (a καταστηρίζω) cum στερέμνιος affinitate esse conjunctum patet: sunt enim affines voces στερέμνιος et στερεός; ergo, cum a στερεός ortum sit στηρίζω, καταστηριγμ. τόπος est locus fulcris innixus vel firmatus, firmamentum i. e. στερέμνιον. (Cf. Curt. Et. [5] 213). Postea vero glossa Apollonii non jam recte intellecta, vox illa in κατηστερισμένος ab Hes. aliisqe detorta fuit, qvippe qvod sensum daret pulchriorem et aptiorem.

Σχερίη ἡ τῶν Φαιάκων χώρα οὕτω λεγομένη. Hesych. his addit: ἡ νῆσος Κέρκυρα. At sch. ζ 81 ὅτι Σ. ἡ τῶν Φαι. γῆ

κ. οὐ Κέρκυρα καὶ ὅτι ἔξω τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης. Item ζ 204. Cf. L. Ar. 246 sqq. Seng. diss. I 42 sq.

Cetera ejusdem generis sunt haec. ἀγορά. cf. Friedlaender Aristonicea ad Σ 274. sch. Μ 211. — ἀγών. cf. Σ 376. Η 298. — ἀλωή. cf. sch. Φ 36. ζ 293. α 193. — ἀμφίθετον . . ἀμφ. φιάλη. cf. sch. Ψ 270, — Βῆσσα, βῆσσαι. Β 532. — γενεή. γ 245. Δ 60. — δινωτοῖσι λεχέεσσι. prorsus ut Hes. cf. sch. Γ 391. — δαίς εὐωχία a δαίειν, μερίζειν, ἐπεὶ μεριστὰ ἦν τὰ βρώματα — hic illud desideramus, qvod Ar. observavit nusqvam de bestiarum, sed de hominum epulis hoc vocabulum dici. — ἱερεύς. = Hes. cf. Α 62. — κερτομίοις . . et κερτόμευον (sub ἐπελώβευον). L. Ar. 114. sch. Π 261. — κῆρ. Θ 70. — μίτρη λεπὶς χαλκῆ ἣ ζώννυται (Et. M. ἣν ζώννυνται περὶ τὸν κενεῶνα κτλ. disertius). ἔστι δὲ ἐντὸς τοῦ θώρακος. Haec nescio an sensu incerto eodem ac cetera ad armaturam pertinentia (cf. ζῶμα) laborent. Cf. Ar:um scholl. Ε 857. 135. — οὐρανιώνων. paullo aliter Ar. Ο 225. Ε 898. L. Ar. 191. — ὀχῆες (s. ὀχεύς). L. Ar. 126. sch. Μ 455. — Σάμοιο . . τινὲς ἔδοξαν . . h. e. Ar. et discipuli ejus. cf. Ν 12. Ω 78. — Σκαιῇσι πύλῃσι. = Hes. cf. scholl. Χ 6. Ι 354. L. Ar. 226. Et. M. h. v. — σκέπτετο. cf. Π 361. L. Ar. 147. Hes. — σκῆπτρον. Summa rei omissa est. cf. sch. Σ 505. Ψ 568. — σφεδανόν cf. Λ 165. Et. M. h. v. — φθὰν δὲ μέγ' ἵππους, ἔφθασαν δὲ πολὺ τοὺς ἵππους. Aristarchea est, ut opinor, paraphrasis, sed vitiosa. Collato sch. Λ 51, qvod plenam continet verbosamqve hujus loci expositionem, sic emendabo: φθὰν δὲ μέγ' ἱππήων· ἔφθασαν δὲ πολὺ (vel πολλῷ χρόνῳ) τοὺς ἱππέας (sc. κοσμηθέντες). Cf. Hes. ἔφθασαν δὲ πολλῷ τοὺς ἱππέας οἱ πεζοί. — ψύχειν τὸ ἐν ἀνέμῳ ῥιπίζειν. Vill. proximam vocem emendavit τὶ πείσειν, qvamqvam praeter rem, nam Hes. habet ῥιπίζει· φυσᾷ, πνεῖ πνοὴν πέμπει cet. et ῥιπίζων κινῶν; et occurit h. v. Aristoph. Rann. 363. — cf. Λ 621 ὅτι — — πρὸς ἄνεμον τέρσεσθαι κτλ. —

§ 3. Seqvitur, ut aliam proponam vocabulorum seriem, qvae non in eundem sensum neqve eodem modo, atqve Aristarchus voluit, explicantur. Ac multis variisqve modis in his ab Aristarcho lexicon recessit; modo leviter tantum ejus

sententiae mutatae sunt, modo qvae illi prorsus displicebant, proponuntur, modo summa explicationis et regula illa qvidem Ar:i est, sed remissior facta, ita ut latius pateat et plures admittat exceptiones. Et plerumqve tantum lexicographus servavit similitudinis, ut explicationes illae qvidem ab Ar:o primo auctore profectae, sed postea mutatae et vitiatae in lexicon pervenisse videantur. Exempla afferam nonnulla:

ἀήρ, ὅτε μὲν ἀρσενικῶς, ὁ περικεχυμένος ἡμῖν, περὶ οὗ φησιν. (cit. Ξ 287 sq.). ὅτε δὲ θηλυκῶς, τὴν σκοτίαν σημαίνει. At multo concinnius et accuratius sch. h. l. ἡ δ. ὅ. καθ' Ὅμηρον ἀήρ ὁ ἀπὸ γῆς μέχρι νεφῶν τόπος et qvae cetera de coelo et aethere definiendo praecipiuntur; v. L. Ar. 164. scholl. B 458. E 749. Qvod vero pro alia notione aliud genus ponitur, hoc dubito fueritne Aristarcho probatum. Scholl. ad P 644, 649 tantum habent: ἡ δ. ὅ. σαφῶς τὴν σκοτίαν ἀέρα λέγει· ἔστι γὰρ ταὐτὸν τῇ ὁμίχλῃ . . . ι 144 ἀήρ· ἀχλύς. H. L. Ar. 102. Et E 776, qvamvis de caligine cogitetur, vulgo legitur: περὶ δ' ἠέρα πουλύν . . Neqve Hes. hanc distinctionem novit.

εἴσω. De hujus usu praepositionali Apoll. cum A:o consentit. Cf. sch. Ω 145. Qvod vero συνήθως ἡμῖν h. v. usurpari ait, Ar. repugnat: „εἴσω apud Hom. semper motum significat, ut ἔνδον statum" L. Ar. 134 sq. Cf. tamen versus η 13 et H 270, ubi lexici regula convenire videtur.

ἐπεδραμέτην ἐπεδίωκον φεύγοντα. At Ar. voluit ἐπιδραμεῖν esse imprudentem perseqvi. L. Ar. 127. K 354 ὅτι τὸ ἐπιδρ. — ὅτε οὐ γινώσκει ὁ διωκόμενος. Fortasse lexici glossa manca est et sic fere restituenda: . . ἐπ. τὸν οὐ γινώσκοντα φεύγοντα (?).

ἰφθίμη. Cf. schol. δ 797 Ἰφθ. κούρῃ: ἀμφιβάλλει Ἀρίσταρχος πότερον ἐπίθετον τὸ ἰφ. ἢ κύριον. P. Alii jam audacius: τὸ Ἰφθ. ὄνομα κύριον . . . τὴν ἀδελφὴν τῆς Πηνελόπης., E. Qvin totam familiam enumerare sciebant Icarii et Asterodiae (v. scholl. ibid.). Cum Ar. igitur mihil temere decrevisset, glossographus noster recentioribus assentitur: ἀγαθή. ἔστι δὲ κ. ὄνομα κύριον Ἰ. ἡ τῆς Π:ς ἀδελφή. cit. δ 797. κτλ.

κευθμῶνες αἱ καταδύσεις, παρὰ τὸ κεύθειν — κρύπτειν

[χρύφιοι τόποι add. Hes.]. ὅταν οὖν λέγῃ „πάντοθεν ἐκ κευθμῶν“ (N 28), κατὰ συγκοπὴν ἀπὸ τῶν κευθμόνων λέγει. Haec affectio, qva etiam Hes. ceterum concinens caret, Ar:o non fuit probata, qvi duplicem posuit nominativum κευθμών (ν 367. κ 283) et κευθμός (N 28). V. sch. N. 28. Lexici locus autem haud multum differt a scholl. recentioribus ad ν 367 Q. et κ 283 H Q V.

κτιδέην τινὲς πλανηθέντες ἔδοξαν εἶναι [ἰκτιδέην addo] ὡς [ἐξ] ἰκτίδος δέρματος· ὁ δὲ ποιητὴς διδάσκει ὅτι ἐστὶ κτιδέη (sc. in K 458). κτὶς γάρ ἐστι τὸ ζῷον ὅμοιον γαλῇ μικρᾷ (sic pro μικρῷ l.) κτλ. In omnibus scholiis, ad confirmandam lectionem κτιδέην in K 335 contra ἰκτιδέην, ad K 458 provocatur: „τοῦ δ' ἀπὸ μὲν κτιδέην . . ;“ eodem etiam lexicon spectat. Qvamvis igitur de lectione consentiant Apollonius et scholiastes, de vocis origine inter se discrepant. Nam K 335 — — τοῦτο (sc. κτιδέην) δὲ κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ ι λέγεται . . . ἰκτὶς γάρ ἐστιν ὡς Νίκανδρός φησιν (Theriac. 196) . . τὸ γὰρ μονοσύλλαβον οὐ δύναται κατ' ἔκτασιν οὐδὲ κατὰ συστολὴν λέγεσθαι... ἰκτὶς δέ ἐστι ζῷον ὀρνιθοφάγον . . μεῖζον μὲν γαλῆς κτλ. Apollonius tamen rectius dixisse videtur. Curtius Et. [5] 721. 723 principem ponit formam κτίς et vocali prothetica addita ἴκτις.

Παιήονα ποτὲ μὲν τὸν λεγόμενον παιᾶνα, ὕμνον εἰς Ἀπόλλωνα ἐπὶ παραιτήσει λοιμῶν ἢ στάσεων· ποτὲ δὲ κυρίως θεόν τινα, ὃν συνίστησιν ἰατρὸν τῶν θεῶν. E 401. Qvod Ar. statuerat Apollinem a Paeeone deorum medico diversum esse et illum ap. Hom. medici vicibus nondum fungi, id lexicographus plane qvidem et diserte non dicit; immo qvi Apollo carmine oratur ut pestem avertat, is haud longe a medico abesse videtur. At Homerico paeane non aguntur preces, sed paean est carmen, qvo heroes deo cuivis (neqve soli Apollini) laudes gratesqve agunt pro aliqvo beneficio praestato, v. c. A 473 pro peste propulsa, X 391 pro Hectore occiso. Alienum igitur illud ἐπὶ παραιτήσει λοιμῶν. Ac recte qvidem Arist:us hic poetam intellexit; v. scholl. A 473. D 898. δ 232.*) At lexici interpretatio jam magis inclinat ad recen-

*) Errorem, qvi de Aristarchi sententia est in δ 231 sch., M. Schmidtius mihi optime explicasse videtur in Didymi Fragmm. p 192. Cf. Ameis-Hentze Anh. z. Hom. Od. h. l.

tiorum opiniones, ab Et. M:o h. v. in lucem prolatas. — — ἰδίους αὐτοὺς (sc. τοὺς ὕμνους) τῷ Ἀπόλλωνι κ. τῇ Ἀρτέμιδι προσέφερον, ὡς αἰτίοις τῶν λοιμικῶν παθῶν κτλ.

πρόμος ὁ βασιλεύς, ὅ ἐστι πρόμαχος. At scholia diserte testantur Ar:um voluisse hanc vocem *non* regem significare sed i. q. πρόμαχος. Cf. Γ 44. Η 75, 136. Χ 85.

σπιδέος μεγάλου Λ 754. Cf. Et. M. 271, 8: Κράτης λέγει, ὅτι τινὲς — — „δι' ἀσπίδεος πεδίου" — ἐπιμήκους κ. μακροῦ, ἢ πλατέος κ. περιφεροῦς, ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς ἀσπίδος — —. ἄλλοι δὲ οἱονεὶ τοῦ ἔχοντος πολλὰς ἀσπίδας — —. οἱ δέ φασι σπιδέος, πολλοῦ κ. μακροῦ· κ. γὰρ Αἴσχυλος — οὕτως „σπίδιον . ." κ. Ἀντίμαχος „σπιδόθεν".: — καὶ ταῦτα μὲν Ἀρίσταρχος· Κράτης δὲ προκρίνει τὴν δίχα τοῦ α γραφὴν κ. Ζηνόδοτος κ. φησι, σπιδέος — ἀσπόρου κ. τραχέος κ. μεγάλου κτλ. Ex his tantum constat Cratetis et Zenodoti fuisse lectionem σπιδέος; qvomodo autem Arist. legerit, non liqvet. Nescio tamen an ex illis κ. ταῦτα μ. Ἀρ. colligi liceat, qvaecunqve proxima leguntur ejus exprimere sententiam. Tum vero primum Κράτης vitiosum est et in Ἀρίσταρχος mutandum. Qvod si recte conjeci, Ar:um videmus varias lectiones et interpretationes memorantem, lite non dirempta. Idem Lehrsius sentire videtur Ar. 153. Cf. Curt. Et. [5] 713 (a rad σπα, „weitausgedehnt").

φρῖκα τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ κύματος· [Hes. ὁ ἐπιπωλάζων τῷ κύματι ἀφρός . . .] „μέλαιναν φρῖχ' ὑπαλύξας. (Φ 126). Cf. sch. h. l. ὅτι Φιλῆτας κ. Καλλίστρατος γράφουσι „φρῖχ' ὑπαλύξει", λέγοντες ὅτι οἱ πίονες τῶν ἰχθύων κ. εὔτροφοι τὸ ψύχος ὑπομένουσι . . ὁ δὲ ποιητὴς οὐδέποτε φρίκην *) τὸ ψύχος, ἀλλὰ τὸ ἐκ γαλήνης πρῶτον ἐξορθούμενον κῦμα — — κ. τὸν ἄνεμον οἱονεὶ ἐπιστίζοντα τὴν θάλασσαν. Item Ζ 459. Apollonius igitur qvamvis φρῖκα sensu eodem atqve Ar. acceperit, tamen parum sibi constat, cum eam ipsam lectionem, qvam ille rejecerat, adhibet. Nam ὑπαλύξας illud, cum juxta alterum participium θρώσκων non conveniat, e Philetae ὑπαλύξει corruptum esse patet. Nunc vulgo Ar:i lectio φρῖκ' ἐπαΐξει in φρῖχ' ὑπαΐξει

*) At. Hes. φρίκη· ψύχος, τρόμος.

mutata legitur. — Ex hoc articulo fortasse colligas A:i dissertationem adv. Philetam Apollonio non fuisse cognitam.

Reliqva jam brevius expediam. ἀκεώμεθα ἀποθεραπεύσωμεν; aliter Ar. cf. sch. N 115. — ἄωροι. cf. sch. μ 89. — κατηφόνες κατηφείας ἄξια πράττοντες, παρὰ τὸ φῶ . . . φάω. At ipse sibi repugnat Ap., cum alio loco κατηφείη sic ducit: i. q. κατωπίη a κάτω τὰς ὦπας ἔχειν. At Ar. κατηφόνες pro feminino accepit i. q. κατήφειαι (M. Schmidt Did. p. 178). — κρανάη. cf. sch. Γ 445 (de qva re Ar. ambigit, eam Apoll. exploratam habere sibi videtur). — μέλπεσθαι. Qvod Ar. ait hanc vocem de ludendo, nusqvam de cantu dici, id Ap. neglegit (A 472). L. Ar. 138 sqq. — μῆλα κοινῶς μὲν [πάντα Hes.] τὰ τετράποδα, ὅθεν κ. πᾶν δέρμα μηλωτή —, κατ' ἐπικράτειαν δὲ πρόβατα κ. αἶγες. Etymologiam addit Et. M. h. v. ἐπειδὴ καρποφορεῖ ταῦτα τῇ τριχί. (qvibus confer Apollonii: ὄϊες ἀπὸ τοῦ οἰστικὰ εἶναι τοῦ ἐρίου. Qvomodo haec ab Aristarcheis differant v. scholl. K 485. Z 43. ι 184. L. Ar. 100. — ὀαρίζειν ἄνδρα γυναικὶ ὁμιλεῖν· ὅθεν κ. γυναῖκες ὄαροι, οἷον ὄαρες [οἱονεὶ ὁμόαροι τινὲς οὖσαι παρὰ τὸ ὅμου ἀρηρέναι γάμῳ κ. συνηρμόσθαι . . Et. M.] παρὰ τὸ συνηρμόσθαι. E. M. rectius ab ὄαροι ducit ὀαρίζειν. Cf. X 128 . . . ὄαρες αἱ γυναῖκες. I 327 . . ὅτι ὄαροι αἱ τῶν ἀνδρῶν κ. γυναικῶν ὁμιλίαι κτλ. — οὐλομένην. cf. scholl. A 2. Ξ 84. — περίκηλα v. § 4. — πορφύρῃ. cf. sch. Ξ 16. —

προκρόσσας ἄλλας ἐπ' ἄλλας. E. M. addit: ἐξισουμένας, μίαν κατὰ μίαν κ. τ. λ. At. sch. h. l. ὅτι πρ. τὰς κλιμακηδὸν νενεωλκημένας (κρόσσα i. q. κλίμαξ) ἑτέρας πρὸ ἑτέρων, ὥστε θεατροειδὲς — τὸ νεώλκιον κτλ. — σπουδῇ & ἀσπουδεί. B 99. Λ 562. Δ 232. L. Ar. 116. — στομάχοιο θέμεθλα τὴν φάρυγγα, [ἤτοι Hes.] στόμα τῆς κοιλίας. At Ar. P 47: οὐ — τὸ στό. τ. κοιλ., ἀλλὰ τὸν βρόγχον . . — σχέτλιος. Ex articulo verboso illo qvidem, sed obscuro et corrupto hic fere sensus elici potest: Ulyssem illum qvidem miserum et imprudentem ac dura passum dici posse (τάλας, ἀγνώμων, ὑπομονητικός), non vero Jovem; qvi non sit dura patiens, sed is qvi commiseratione digna faciat. At Ar. Θ 361, ubi de Jove agitur, per ἀγνώμων interpretatur. Item K 164 v. scholl. —

τρήρονος et τριτογένεια. In his explicandis τρεῖν timendi notione accipitur. Item Hes. Aliter Ar. X 143. Ξ 522 cett. L. Ar. 79 sq. — ὑλακόμωροι οἱ περὶ τὸ ὑλακτεῖν μεμορημένοι —. At Arist. ὀξύφωνοι. v. sch. ξ 29. Cf. Cap. I ἰόμωροι. — φοῖνιξ. cf. Ψ 454. L. Ar. 86. — χόλος. cf. sch. T 67. Δ 513. I 260 cett. L. Ar. 133 lex. Ap. μῆνις. —

His duo exempla addam, in qvibus Apollonius et Aristonicus cum inter se dissentiant, haud satis compertum habuisse videntur, qvae Aristarchi fuerit sententia qvaeve ejus diplae causa.

αἰγίοχος αἰγιοῦχος· αἰγὶς γὰρ ὅπλον τοῦ Διός, οὗπερ ἐστὶν ἐπίθετον. οἱ δὲ νεώτεροι κακῶς ὡς αἰγὸς ὀχὴν, τουτέστι τροφὴν εἰληφότος. ὁ δέ τοι Καλλίμαχος ὕμνον γράφων εἰς Δία „πρῶτον" φησὶ „σύ δ' ἐθήσαο πίονα μαζὸν 'Αμαλθείης." [His E. M. addit: ἀπὸ τοῦ τὰς συστροφὰς τῶν ἀνέμων ποιεῖν κινεῖσθαι· καταιγίδες οἱ ἄνεμοι, qvae excidere potuere. cf. scholl.]. At Ariston. ad Δ 167 ὅτι Διὸς ὅπλον ἡ αἰγίς [κ. οὐκ — 'Αθηνᾶς O 130], πρὸς τοὺς νεωτέρους ποιητάς· κ. ὅτι καταιγίδων κ. ζοφώδους καταστάσεως παρασκευαστική ἐστιν. Item ad O 130. P 594. ι 154. Hanc controversiam ita dirimam. Voci αἰγίοχος Arist. ubiqve diplam apposuerat πρ. τ. νεωτ. ποιητάς; cum vero de signi causa nihil addidisset, alii aliam esse conjiciebant. Itaqve opinor, Ariston., grammatici sententiam ex ejus disciplina supplens, id notatum esse putabat, qvod recentiores alios qvoqve deos finxissent aegide armatos, qvamqvam secundum Homerum unius Jovis illa esset propria. (Cf. L. Ar. 192). Apollonius autem diplam eo spectare censebat, qvod recentiorum nonnulli imprimisqve Callimachus Jovem parvulum introduxissent a capra lacte nutritum, qvasi h. v. ab αἴξ et ὀχή (alimentum) ducendum esset. Neqve hoc interpretandi genus ab Ar:i ingenio abhorret (v. L. Ar. 45. ceterum cf. ibid. 63).

ὅμως δ' οὐ λήθετο χάρμης. οὐχ ὡς ἡμεῖς (sic L. Ar. 156) εἰώθαμεν ἀποφαίνεσθαι λέγοντες „κακοπάθειαν μὲν ἔχει ἡ καρτερία, ὅμως οὐκ ἀποσχετέον." ταύτην φημὶ τὴν δύναμιν μὴ γινώσκειν τὸν ποιητὴν, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἔμπης αὐτὴν ἐκφέρει. ὥστε εἰ μὲν ὁμῶς περισπωμένως, ἔστιν ὁμοίως. τὸ δὲ βαρυτόνως ὅμως, ἔμπης (sic transpono pro βαρ. ἔμπ., ὅμ.), ἵν' ἡ τοιοῦτος ὁ λό-

γος· Σαρπηδὼν ἠχθέσθη μὲν τοῦ Γλαύκου ἀπιόντος, ὅμως (an ὁμοίως δ') οὐκ ἀπέστη τῆς κατὰ τὴν μάχην ἀρετῆς. Qvae Ar. de particularum ὁμῶς, ὅμως, ἔμπης ap. Hom. usu praeceperat (L. Ar. 156), Apollonius cognovisse videtur; cum vero ad M 393 explicandum se confert, ipse sibi et auctori suo repugnat. Qvamvis enim modo dixerit ὅμως sensu *tamen* ne adhiberi qvidem a poeta, ipse nihilosecius scribit ὅμως δ' οὐ . ., qvod per ὅμως reddit (extremo art.). Itaqve aut pro ὅμως in lemmate scribendum erat ἔμπης, aut cum haec vox versui non conveniat, ὁμῶς. Tum vero postrema illa ἵν' ᾖ ὁ λόγ. delenda aut saltem pro ὅμως scribendum ὁμοίως δέ. Atqve sic (ὁμῶς = ὁμοίως) hunc locum a multis lectum et intellectum fuisse, testis est sch. λ 565 — ὁμῶς· περισπαστέον· — — διὸ κ. τὸ „ὁμῶς δ' οὐ ληθ." οἱ πλείους περισπῶσι. His igitur Apollonium qvoqve primum assensum esse putarim. Cum vero illud ὁμῶς (=pari modo) sensum aptum praebere non videretur, eo permotus lexici interpolator, opinor, aliam tentavit viam. Licet enim Aristarchi placitum comprobaret, tamen h. l. exceptione admissa, ὅμως sensu *attamen* accepit et paraphrasin illam ἵνα κτλ. addidit. Duplicem igitur ejusdem articuli recensionem confusam hic legimus et lexicographos aeqve ac scholiastam dubitasse videmus, qvae A:i lectio vera fuisset. Lehrsius eum scripsisse suspicatur: ὁ δ' οὐδ' ὣς λήθετο. —

Hac occasione data facere non possum, qvin locos Homericos ab Apollonio appositos paucis attingam. Sunt saepissime corruptissimi *), e codice nescio qvo vitioso et mendoso petiti. Neqve is Aristarchi fuit, nam lectiones lexici saepe memorabili modo ab hujus lectionibus discrepant. Ejusmodi locos nonnullos adnotavi, qvos jam enumerabo, locis Homericis ea lexici vocabula apponens, sub qvibus singuli reperiuntur. Qvodsi scholia Didymi cum his locis contuleris, de Aristarchi lecturis constabit. B 12 sub πασσυδίῃ. B 415 αἰθάλοεν. B 420 ἀμέγαρτε. B 707 γενεή. E 757 ἀΐδηλον.

*) Fortasse haec res ab antiqvissima illius codicis scriptura deducenda est, qvam non jam recte legere sciebant posteriores. Cf. Schmidt. Qvaestt. Hesych. CIX.

Z 128 κατά. H 198 ἀϊδρείῃ. H 336 ἄκριτον. Θ 405 ἀπαλθήσεσθον. I 214 ἅλα. I 324 μάσταξ. I700 ἀγήνωρ. M 283 λωτεῦντα. N 103 ἠΐα. N 115 ἀκεώμεθα. N 449 γόνος. N 570 σχόμενος· Ξ 181 ζώνῃ. O 82 μενοινόω· Π 379 ἀνακυμβαλίαζον. Π 636 βοῶν. Σ 477 ῥαιστῆρα. Σ 506 ἀμοιβαδίς. Ψ 135 καταείνυον. ζ 8 εἷσεν. μ 209 εἴλει. —

§ 4. Nonnumqvam ab Aristarcho Apollonius eo maxime differt, qvod vocum sinificationes qvamvis easdem fere atqve alter proponat, non tamen, ut ille solebat, locorum sensu et nexu sententiarum neqve usu Homerico observando et examinando, sed vocum originibus indagandis eruere, aut saltem significationes ab Aristarcho acceptas rationibus etymologicis, immo ineptiis et argutiis confirmare et fulcire studet. Atqve cum jam in Hesychii (h. e. Diogeniani) glossis, ab Apollonio petitis, saepe eadem etymologica reperiantur, haec non esse interpolata sed ad primam lexici compositionem pertinuisse inde colligas. — (v. Cap. II extr.). Ejusmodi sunt haec.

ἀμαθύνει ἄμαθον ποιεῖ — κονιορτὸν ἀποτελεῖ — item Ar. cf. sch. I 593 — ἀπὸ τοῦ ἄμαθον εἶναι ἀνεπίγνωστον τῇ ποσότητι. Novissima e recentiorum penu profluxerunt; eadem E. M. Methodio auctore affert (h. v.). — ἄπαστος, ἄμαστος. De Homerica signif. v. L. Ar. 131. sch. Did. I 222. Athen. I 43; de etymologia E. M. h. v. — Ἀργειφόντης. variae etymoll.: ὁ ἀργὸς φόνου — καταργῶν τοὺς φόνους — Ἄργον φογεῦσαι κτλ. At Aristarchus voluit παρὰ τὸ ἐναργεῖς τὰς φαντασίας ποιεῖν (Cramer Anecd. Par. IV 179, 29). Cf. Smidt. Did. Fragm. 337. E. M. 137, 1. — ἄψ ab ὀπίσω. cf. sch. α 276 B (:ὄπις, ὄψ, ἄψ). cf. Curt. Et. 263. — γέντο, ἔλαβεν ab ἐγένετο. E. M. ab ἕλετο ἕλτο γέντο. At Ar. ἐκ τῶν συμφραζομένων hanc notionem invenit. sch. Θ 43. — δόρπον — δεῖπνον a δαύορπον, μεθ' ὃ ἐπὶ τὸ δαύειν ἕρπομεν. Ad hanc etymol., qvae non est Aristiarchi neqve apud Hes. extat, E. M. adnotat: οὕτως Ὧρος. Hic enim opus scripsit περὶ παθῶν. (v. Ritschelii De Oro et Orione § 24. 61—66). Cf. scholl. δ 429. Λ 730. β 20 L. Ar. 127. — ἔγχος — ἀπὸ τοῦ ἐν χειρὶ εἶναι. Item Hes. De Ar:o v. sch. H 255, 273. — εὔληρα

— τὰ ἡνία, οἱονεὶ εἴληρα [π. τὸ εἰλῶ E. M.] — — Item Hes. Aliter Ar. cf. Ψ 481. — θυοσκόος — ὁ διὰ τῶν θυμάτων κοῶν. E. M. addit: ὅ ἐστι νοῶν . . . L. Ar. 82. — κατηφόνες v. § 3. — ὅμιλος — a ὁμοῦ εἰλεῖσθαι κτλ. Item plane Hes. et Orus in E. M. Ar. autem sch. Λ 502 a ὅμου τὰς ἴλας συμβάλλειν. Qvod ὅμιλος in Odyssea maxime πλῆθος κ. ἄθροισμα significet (L. Ar. 144. sch. K 338), prorsus omisit Apoll. — πέπλος a περίπελος κτλ. Cetera sunt Aristarchea. Cf. Ξ 180. Π 9. σ 292. — περίκηλα περισσῶς ξηρά, οἷον εἰς τὸ κεάσαι εὔθετα. Hes.: περισ. ξη., τὰ περικεκαυμένα. περιεσχισμένα. Sch. ε 240 Aristarchus: ὥσπερ ξηρά . . τὰ περικεκαυμένα ὑπὸ ἡλίου. Chrysippus (ibid): περὶ κῆλα, περισσῶς ξηρά. Itaqve Ar:i explicationem noster vix novit. — πρυλέες πεζοί [ὁπλῖται Hes. add.], οἷον πορυλέες (sic Bekk. pro πρυλέες. Vill. περυλέες secund. Eustath.), οἱ πορείᾳ χρώμενοι. Plane eadem Hesych.; E. M. a πέρω ducit πέρυλις, πρύλις. Aristarchus autem observat Λ 49: ὅτι φανερῶς πρυλέες οἱ πεζοί. ἀντιδιέσταλκε γὰρ τοὺς ἱππεῖς.L. Ar. 118. — Σκαιῇσι πύλῃσι sic dictae, ὅτι σκαιαὶ κατ' αὐτὰς ἐγένοντο μάχαι. Item Hes. Cf. L. Ar. 226. X 6. I 354. — τήθεα a τητᾶν i. e. ζητεῖν. Eadem disertius E. M. De his nihil sch. Π 747. — φολκός ὁ τὰ φάη εἱλκυσμένος. At cf. sch. B 217. — φῶτες a φωτίζειν τὰ νοούμενα πάντα διὰ τοῦ λόγου. Etymologia Stoicos philosophos resipit; fortasse est Apionis, qvi ad Cratetem in multis inclinabat. Aristarchea autem est explicatio: τὸ φῶς — μεταφορικῶς ἡ χαρά cf. Φ 538. Z 6. — ὤρεσσι γυναιξί, παρὰ τὸ [ὅμου ἀρηρέναι κ. συνηρμόσθαι ἤγουν amplius habet E. M.] συνεζεῦχθαι τοῖς ἀνδράσιν . . . Item Hes. Ad E 486 Ar. adnotavit ὤρεσσι esse γυναιξί, qvare dipla notatus Σ 265. (Cf. supra § 3 ὄαροι).

§ 5. Postremo loco ea ponam vocabula, qvibus in explicandis Aristarchi sententia illa qvidem memoratur, neqve tamen sola vel diserta et plena, sed inter aliorum alias interpretationes inserta vel cum iis commixta, ut iis fere obruatur. Aristarchi igitur placita et qvae illi displicebant promiscue afferuntur, praefixis saepe formulis illis οἱ μὲν, οἱ δέ, ἔνιοι cett., ita ut non unius viri sed totius societatis proferri videantur sententiae. Qvinam vero interpretes sub his for-

mulis anonymis lateant, haud facile est dictu. Aristarchum qvidem scholiorum Venetorum consensu facile agnoscimus; et aliorum qvoqve nonnullos ut deprehendamus, nonnumqvam nobis contingit, v. c. hos: glossographos, Zenodotum, Apollodorum, Ascalonitam, Apionem. Sed plerumqve tantum constat eos fuisse grammaticos et, ni fallor, Aristarchi discipulos. Ac Zenodoti sententias una cum Aristarchi placitis traditas esse pro certo sumi poterit; fortasse ex eodem fonte alia qvoqve nonnulla profluxerint. Sed omnes explicationes, a qvocunqve singulae sunt exaratae et undecunqve primum ortae, non tamen a suo qvaeqve auctore acceptae, sed per medium qvendam glossarum collectorem in lexicon influxisse videntur. Si enim explicationes illas, saepe inter se repugnantes et contrarias, omnes ex Aristarchi auctoritate lexicographus cognovisset, tunc certe una cum ipsa auctoris interpretatione aliqvot saltem verba ad adversarios refellendos tradita et omnia magis ex Ar:i animo ejusqve qvasi nomine dicta essent. Cum vero variae sententiae, nulla ceteris praelata ac nullo fere inter se nexu, afferantur, haec e scholiorum corpore eo, de qva jam supra dixi (p. 16, 52) in lexicon immigrasse videntur. *)

ἀάπτους οἱ μὲν δασύνοντες τὴν δευτέραν — ἀπροςπελάστους, ὧν οὐκ ἄν τις ἅψαιτο, οἱ δὲ ψιλῶς — ἀπτοήτους, (hucusqve Hes.) ἔνιοι δὲ ἀνεκφεύκτους ἢ χαλεπάς, ἵν' ᾖ τὸ μὲν πρῶτον ἐπεκτεταμένον, τὸ δὲ δεύτερον συγκεκομμένον. Secunda explicatio, teste

*) M. Schmidtius cum de apparatu Hesychii Homerico agit, inter glossas ejus Homericas ejusmodi esse putat, qvae ex aliqvo scholiorum Homericorum corpore descriptae sint, nonnumqvam sane exqvisitioris etiam doctrinae specie fallentes, in universum tamen minoris pretii. Hoc igitur opus ab Hesychio respici putat, cum ille in epistola ad Eulogium data dicat se Apionis et Heliodori glossas compilasse. Horum autem nominum consortium abunde docere non de glossis esse cogitandum sed de scholiastarum corpore eodem vel simili qvo Eustathius qvoqve usus sit (L. Ar. 387). Atqve ejusmodi librum ab Hesychio adhibitum esse ex innumeris locis, qvorum cum scholiis consensus manifestus sit, evinci. In hoc libro autem respectos fuisse Didymum et qvattuor virorum ceteros. (Qvaestt. Hesych. CVI, CXV). Ab hoc libro id scholiorum corpus, de qvo nos agimus, eo ipso diversum fuit, qvod qvattuor virorum scripta nondum potuit continere, cum jam tantum Didymi scripta extitissent.

scholio ad A 567, fuit Aristarchi; prima Apionis (L. Ar. 305); cujusnam tertia fuerit, ignoro. Sed haec ipsa verba ἔνιοι δὲ — χαλ., qvae in mediam A:i interpretationem irrepserunt, ad finem articuli sunt transponenda. Illis enim ἵν' ᾖ κτλ. Ar. exponit, qvomodo ab ἀπτόητος ἄαπτος ortum sit, sc: ἀπτόητος, ἄπτος, ἄαπτος. *) — Ceterum e sch. A 567 cognovimus Zenodotum h. v. explicasse ἰσχυράς, Aristophanem ἀέπτους, ἀρρήτους, Herodiamum autem (cujus est schol.) ἰάπτους, τὰς μὴ δυναμένας διαφθαρῆναι.

ἀγέλαστα οὐ γέλωτος ἄξια ἀλλ' οἷον ἀγανακτήσεως. „— ἔργ' ἀγέλαστα" (θ 307). ἔνιοι δὲ γέλωτος ἄξια. Posteriores illi ἔργα γελαστά scripserint, necesse est. Qvinam vero fuerint, sch. h. l. docet: γελαστά· οὕτως ὀξυτόνως 'Αρίσταρχος κ. 'Ηρωδιαν. —

ἀδηκότες ἄδην ἔχοντες κ. πεπληρωμένοι· (K 98) ἀηδῶς διατεθειμένοι. (Item fere Hes.) τὸ δὲ παραπλήσιον ἐπὶ τοῦ „δείπνου ἀδήσειεν" (α 134) ἀντὶ τοῦ ἀηδισθείη. Hic cum duae etymologiae lexicographo obversatae videantur, totidem explicationes ab eo confusas esse puto. Nam alteram ab ἄδην, alteram ab ἀηδής, ἀηδέω originem repetere patet. (Cf. Hes. ἀηδῆσαι· κοπιάσαι, καμεῖν.) Qvare prae ἀηδῶς inserendum erit ἔνιοι δὲ. Prior sententia Arist:i esse videtur. Cf. sch. K 98 ὕπνου μεστον κτλ. De altera cf. μ 281 ἀηδισθέντες —.

ἀλαοσκοπίην τυφλὴν (Vill.) τὴν κατασκόπευσιν. „οὐδ' ἀλαοσκοπίην εἶχε" (N 10) οὐ τυφλὴν τὴν σκοπιὰν εἶχε, ὡς ἂν εἴποι τις, οὐδ' ὡς ἀλαὸς ἐσκόπευεν, οὐδὲ τυφλ. εἶχε σκοπιάν. Proxima, bis repetita, delenda erint. K 515 ὅτι Ζηνοδ. γρ. ἀλαὸν σκοπιήν· παροιμιακὸν δέ ἐστιν. οὐ τυφλὸς ἐσκοπίασε (sic pro ἐς σκοπιάς sec. Suid. emendo), ἀλλὰ — δεδορκώς. κ. ὁ ποιητὴς οὐδέποτε εἴρηκε σκοπιὴν τοὺς ὀφθαλμούς.

ἀνόπαια. ἔνιοι μὴν ὄνομα ὀρνέου· καὶ γὰρ ἐν ἄλλοις „φήνῃ εἰδομένῃ" (γ 372). ἔνιοι δὲ ἀνοπαίως ὅ ἐστιν ἀοράτως. τινὲς δὲ ἀνὰ τὴν ὀπήν, τὴν θυρίδα. Cum Hesychii glossa ex Apoll. petita sic habeat: — — ἢ ἀνὰ τὴν ὀπὴν τῆς θύρας ἢ ἀνὰ τὴν θυρίδα, fort. ἢ τὴν θυρίδα est scribendum, qvamqvam haec

*) Fort. tamen haec interpolata, cum non in Hes. extent.

vocabula idem significare non ignoro (Hes.: θυρίς· ὀπὴ μικρά. et ὀπή· θυρίς). Haec ex eodem fonte ducta sunt atqve scholl. α 320 — καὶ Ἀρίσταρχος δέ φησιν ὄνομα ὀρνέου ἢ ἀνόπαια ὡς „φήνῃ εἰδ." ἢ ὡς ὄρνις — ἡ τὰ ἄνω παίουσα. Κράτης δὲ τὴν τετρημένην κεραμίδα M. ὁ Αριστ. — ὄνομα ὄρνιθος. ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ἀντὶ τοῦ ἀοράτως (haec explic. ex Hes. deest) ... οἱ δὲ ἀνὰ ὀπήν, ἡ κ. καπνοδόχος καλεῖται. E H Q R. Itaqve in lexico explicationes Aristarchi et Herodiani (?) et tertii nescio cujus legimus.

ἀπτοεπές ἄπτωτε ἢ ἀπτόητε τοῖς λόγοις. [οἷον δεινοεπές· ἄπτον γὰρ τὸ ἀπτόητον τὸ δεινόν ex E. M. addere velim] ἢ καθαπτομένη διὰ τῶν λόγων, — χαλεπὴ κ. τραχεῖα Cf. Θ 209 — ὅτι τινὲς δασύνουσιν ἁπτ. καθαπτομένη τοῖς ἔπεσιν. Ἀρίστ. δὲ ψιλοῖ . . . κ. ἴσως ἦν παρὰ τὸ πτοεῖσθαι, ἡ ἄγαν πτοοῦσα· ἢ παρὰ τὸ ἀπτὸν τὸ ἰσχυρόν . . δεινοεπές.

βράσσων οἱ μὲν ἐλάσσων [ἀπὸ τοῦ βραδύς, βραδίων, βράσσων ἢ ἀ. τ. βραχύς κτλ. E. M.], οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ βρασμοῦ ἄτακτος κ. μὴ σταθερός [E. M. ταρασσόμενος κ. ἀκαταστατῶν —]. E sch. K 226 comperimus priores fuisse glassographos, adversus qvos Ar. contenderat, Aristarchum autem sub altero illo οἱ δέ latere.

καμινοίῃ καμινευστρίαν· γρηῒ καμινοίῃ ἶσος." ἐπιφέρει δὲ εἶναί τινες κεκμηκυῖα τὰς ἶνας. Valde corrupta. Hesych. ex Apoll.: καμινοῖ· καμινευτρίᾳ. τινὲς κεκμηκυίᾳ τὰς ἶνας, ἀπογεγηρακυίᾳ. Schol. σ 27: τῇ καμινοκαυστρίᾳ, τῇ φρυττούσῃ τὰς κριθὰς πρὸς τὸ ποιῆσαι ἄλευρα· οὕτως Ἀρίσταρχ. κ. Ἡρωδ. ὁ δὲ Κομανὸς τῇ καμούσῃ τὰς ἶνας διὰ τὸ γῆρας. B. H. Q. Qvorum jam ope lexici glossam sic emendo: καμινοῖ, καμινευτρίᾳ· „γρηι καμινοῖ ἶσος." ἐπὶ γήρως δὲ εἶναι τινές φασι, κεκμηκυίᾳ τὰς ἶνας.

κητώεσσαν — — τὸ μὲν ὑγιὲς μέγα κύτος [nonne κῆτος cf. sch. Seiler: „Schlund, Rachen."] ἔχουσαν, [κοίλη Hes.] ὡς κ. ἐπὶ τῆς νηός. τινὲς δὲ εἰς ἣν κήτη ἐκβράσσεται. τινὲς δὲ καλαμινθώδη· καίετας γάρ κτλ. Cf. scholl. δ 1: ἢ μεγάλην ἀπὸ τοῦ κήτους, ἢ μέγα κῆτος ἔχουσαν B H Q R. (Haec Aristarchi explicatio esse videtur, cf. sch. λ 521) Ζηνόδοτος δὲ γράφ. καιετάεσσαν cett. ut supra. H. M. Q. —

κρόσσας. Variae explicationes hae enumerantur: κλίμακας, κεφαλίδας, τῶν πύργων στεφάνας, κεφαλίδας τοῦ τείχους vel προμαχῶνας, ἀποκρηπιδώματα (Item fere Hes.). Qvarum ceteris praefert lexicogr. τ. πύργ. στεφ. Ex sch. M 258, 375. Ξ 35 accepimus Arist:um primum in commentariis κεφαλίδας explicasse, postea vero in dissertatione περὶ Ναυστάθμου significationem praetulisse κλίμακας. Cf. E. M. h. v. 'Αρι. κλίμακάς τινας, ἢ ὄργανα πρὸς τειχομαχίαν.

νήδυμος βαθύς, ἢ ἡδύς, ἢ ἀδιέκδυτος, ὃν οὐκ ἔστι διεκδῦναι. ἔνιοι δὲ τὸν βαθὺν ἀπὸ τῆς νηδύος. Transponere vellem haec: ἡδύς, ἢ βαθύς καὶ ἀδιεκδ. κτλ., nam Hes. qvoqve sic habet: ἡδυ. βαθύ, καὶ ἄδυμον cett. ut supra. Et. M. articulum nostrum reddere videtur pleniorem. E schol. B 2. comperimus Aristarchum scripsisse νήδυμος, explicasse ἀνέκδυτος, ἥδυμος vero i. q. ἡδύς plane rejecisse. —

Reliqva hujus generis exempla brevissime commemorabo: — αἴθωπα οἶνον. cf. κ 152. — αἶνος. ξ 508. — ἄρσεν et ἄρσαντες. sch. A 136. E. M. — δειδήμονες — ἐλεήμονες. sch. Γ 56. — ἐξήλατος. Duae glossae sunt confusae, qvarum altera lectionem ἐξήλατος (Zenodoti), altera ἐξήλατος (Arist.) respicit. cf. M 296. — ἠμαθόεντος. L. Ar. 123 sq. E. M. h. v. — Κρήτῃ ἐπίουρον. Tres lectiones proponuntur: οἱ μὲν . . Κρ. ἔπι οὖρον = ἐπὶ τῇ Κρήτῃ φύλακα; οἱ δὲ (h. e. Ascalonita) . . ἐπιοῦρον, qviscente particula ἐπί, i. q. οὖρος; ἡμεῖς δέ . . ἐπίουρος = ἐπίφυλαξ. E sch. Herod. ad N 450, qvod eadem fere continet atqve Apoll., comperimus Ascalonitam putasse παρέλκειν τὴν πρόθεσιν, Aristarchum legisse ἐπίουρον, explicantem φύλακα; Zenodotum autem βασιλέα κ. φύλακα. L. Ar. 108. — μείλια. cf. sch. I 147. X 51. Duae lectiones vs. I 147 proponuntur, ἐπιμείλια et ἐπὶ μείλια δώσω, qvarum secund. sch. prima fuit Aristarchi, secunda (qvam lexicogr. praefert) Apollodori. — πρόκας. cf. sch. ρ 295. Hesych. — τελησσας. duarum explicationum priorem fuisse Ar:i, comparando sch. Ω 315, colligas. cf. Ameis — Hentze Anh. z. H. Od. 102, δ 352. — ὑποδμώς. Z 19. δ 386. L. Ar. 108. —

Sed nondum copias Aristarcheae doctrinae, in vocabulis Homericis interpretandis positae, a me exhaustas esse, facile concedam. Siqvidem Lehrsius censet, nullum fere esse vocabulum qvin paraphrasi expresserit Aristarchus, lexicon Homericum totum esse Aristarcheum putares, nisi Apollonium alios qvoqve fontes adiisse scires. Plurima tamen in lexico grammaticorum principi originem debere videntur; et exemplorum copiam, a me jam prolatam, facile cumulare possem, si ea adderem qvorum origo Aristarchea ope Etymologici M. comprobari potest. Unum tantum addam. Qvae sub ὀβάλλειν in lex. nostro affertur explicatio T 77—82, Archia auctore, cum illa, qvae in sch. Ven. ad eund. l. legitur, adeo congruit, ut e duabus una mihi videatur persona evadere Aristarchi, cujus nomen haud scio an culpa librarii, per compendia scribentis, in Archias deflexum sit. Sed haec hactenus. Nam qvae hucusqve tractavi, ea ab Aristarcho originem repetere testimoniis grammaticorum et scholiis, plus minusve disertis, confirmare mihi licuit. Sed praeterea fragmenta et reliqvias ejusdem doctrinae per totum lexicon passim dispersa ubiqve latent; qvae qvamvis librorum testimoniis originem suam testari neqveant, tamen indicia prae se ferunt grammatici illius propria, atqve colore et indole Aristarchea se commendant. Qvae tamen hoc tempore tractare supersedebo, ne, si magna lexici pars mihi denuo exscribenda esset, libellus meus prorsus modum transeat, hujusmodi opusculis proponi solitum. —

Sed hoc loco aliam rem leviter attingam. Persaepe cognovi Apollonii explicationes et scholia ad Odysseam simillima inter se esse, ut non solum sententias et explicandi rationes easdem sed iisdem fere verbis exaratas uterqve liber habeat. Hic ni sumamus a scholiasta lexicon excerptum esse — qvod qvidem interdum contigit —, e communi utriqve fonte has similes explicationes profluxisse apparet. Hic vero fons qvinam fuerit, non dijudicabo. Fortasse sunt fontes complures, dico eosdem qvibus lexicographus noster uti solet. Itaqve fieri potest, ut harum explicationum alias Aristarchus, alias posteriores grammatici, alias glossarum

collectores et compilatores lexico suppeditarint. E magno exemplorum numero ea tantum promam, qvae rem qvam dixi optime illustrent; ac brevitati studens primum tantum vocabulum, a qvo singuli articuli incipiunt, una cum scholii congruentis loco et codicis signo proponam. Qvibus inter se conferendis fortasse qvispiam etiam corruptos lexici locos emendare poterit. Haec igitur proponam specimina: ἀγχίμολον = ξ 410 B. ἄγραυλοι = κ 410 H. — ἀγελείην = ν 359 H. — ἀδεύκει = δ 489 R. E. — ἀθηρολοιγόν λ 128 Q. B. H. V. et ψ 174 M. S. — αἰδοῖος = ρ 578 R. Q. V. — ἀκμοθέτῳ = θ 274 P. V. — ἀλοσύδνην = δ 404 E. H. P. — ἁλιαέες = δ 361. — ἄμνιον = γ 444 M. V. E. — ἀμφιγυήεις = θ 300 E. — ἀμολγῷ = δ 841 H. P. V. (non ex Arist.) — ἀνωϊστί = δ 92 E. — ἀποφώλια = ε 182 P. V. E (non ex Ar.) — ἀργῆτα = ε 128 E. — ἀρνευτῆρι = μ 413 B. — ἀτρεκέως = α 214. — αὐλός = χ 19 V. — βητάρμονες = θ 250 B. V. — βυσσοδόμευον = θ 273 E. P. — γαιήοχος = α 68 E. — διάκτορε = μ 398 Q. — δίφρον = γ 324 E. τ 97 B. — εἰλίποδας = α 92 P. Q. — ἐλεοῖσιν = ξ 432 B. — ἐπαλάστησα = α 252 E. Q. V. — ἐπίβαθρον = ο 449 B. Q. — ἐπίστροφος = α 177 B. E. — ἐπιωγαί = ε 404 E. — θειλόπεδον = η 123 H. P. E. — κατείβετο ε 152 B. — κορώνη = η 90. α 441 Q (fort. ex Apoll. sumpta sunt scholl.) — κραταίπεδον = ψ 46 Q. (V. ex Ap.). — λάϊγγες = B. — λέβης = γ 440 M. Q. — λυκάβας = ξ 161 H. Q. V. (verbotim consentiunt) — μαρμαρυγάς = θ 265 R. P. Q. V. — μέτασσαι = ι 221 E. — μέλοπα = η 104 H. P. Q. T. — μοιχάγρια = θ 332 B. E. Q. — ὀκριόωντο = σ 33 B. H. Q. — ὀχθήσας = δ 332 E. — πείσεα = ζ 124 E. Q. — πεμπάσσεται = δ 412 E (sed P. Q. ibid. ex Apoll.) πυγούσιον = κ 517 B. — σκιόεντα = α 365 E. — σπεῖρον = δ 245 H. P. V. — τηλύγετος = δ 11. H. E. Q. — φαεσίμβροτος = κ 138 T. — χυτλώσαιτο = ζ 80 B. Q. T. E. — et multa alia. Est tamen, ubi hic consensus lexici et scholiorum fortuitus esse possit neqve originem communem necessario arguat. Vocabula enim esse, qvae a plu-

ribus una fere ratione intellegi et reddi possint, qvivis concedat. Neqve vero hoc de omnibus valere potest.

Codicis V autem scholiorum ad Odysseam magna pars ex Apollonio verbotim descripta est. Pro multis haec sufficient exempla: ἀγνώσασκε = ψ 95 ν. ἀζηχές = 63. αἰνήσωσιν = π 403 ἀμέγαρτε = ρ 219 ν. ἀμοιβάς = ξ 521 ν. ἄναλτον = ρ 228. ἰόμωροι (v. Cap. I). κάσχεθε = τ 361. κεάσσαι = ο 322. κόλλοπι = φ 407. — κραταίπεδον = ψ 46 V. — λέβης = α 126. τ 386 V. — λευρῷ = η 123. λήιον = σ 29. ληιβοτείρης = σ 29. μόνησιν = φ 111. οἴμης = θ 74 V. — ὀχέειν = α 295 Q. S. V. (ex Apoll.) — πέλεθρον = λ 577 V. Q. (ex Ap.) — προμνηστῖναι = λ 233 V. — ῥυτοόξ sub ρυστάζοντας = ξ 10. Horum scholiorum plerumqve fundamentum ex Apollonio est sumptum, qvod suis dein additamentis exornavit scholiastes.



Addenda et Corrigenda.

Pag. 16 lin. 22 add. Nunc vero dubito, num ex ejusmodi glossarum collectione scholia Homerica accreverint, cum testimoniis certis hoc probari neqveat. Qvodsi tamen cum lexici locis, qvi tali collectioni originem debere videntur, scholia interdum bene conspirant, nisi scholiasta lexicon compilarit, hoc sic tantum intellego, qvod scholia, qvum e Didymi, Aristonici, Ptolemaei, aliorum Aristarcheorum scriptis excerpta essent, iisdem interpretibus respectis, easdem fere interpretationes atqve collectio illa afferebant. Et in hunc modum alia qvoqve, qvae de hac re alibi (pp. 40, 41 cett.) dixi, corrigenda sunt. — P. 26 l. 31 add. At M. Schmidtius Hesychium omnia praestitisse demonstrat, qvae promisisset (Qvaestt. Hes.). — P. 29 l. 23 leg. τῇ. — P. 31 l. 31 leg. *Odysseae.* — P. 32 l. 17 pro *addenti* l. *addente.* — P. 38 l. 27 add. Haec mihi emendatio ob simplicitatem rationis nunc arridet, ut verba Apollonii βοὸς κέρας tamqvam e poeta allata signem: . . . ὁ δὲ 'Αρ. κυρ. ἀκ. (τὸ del.) [ἐπὶ] τοῦ „βοὸς κέρας [ἐμβεβαυῖα“ Ω 81], οἷον τὸ κερ. συρ. κτλ. — P. 38 not. leg. *discreparint.* — P. 40 l. 34 pro *scholiorum* l. *glossarum.* — P. 45 l. 3 leg. *deduceretur.* — l. 12 pro: „suam igitur explic.“ leg. *Aristarchi igitur glossulam.* — P. 48 l. 21 l. *posteriorem.* — l. 27 pro *hac* l. *haec.* — P. 52 l. 1 leg. *in qvo.* — l. 5 l. *mutatam,* — P. 54 l. 10 l. σημαίνουσι — P. 55 l. 14 *eam* dele. — P. 57 l. 21 pro II l. 11. — P. 60 l. 7 l. *partibus.* — P. 63 l. 11 l. αὐέρυσαν. — P. 66 l. 24 l. *reflexivum.* — P. 67 l. 36 l. νύμφῃ. — P. 68 l. 8 fort. tamen hoc ὡμοιώθη e glossario Ar. descriptum est. — P. 69 l. 24 post *Homerici* add. (Φ 283). — P. 70 l. 7 l. *exemplo.* — P. 74 l. 18 add. Fortasse tamen illud ἔσκαψαν e glossario Aristarcheo excerptum a primo lexici conditore adhibitum sit. — l. 34 l. θαυμαίνειν; l. 35 l. *Admirari.* — P. 75 l. 14 l. *des.* — l. 27 prae *aut interp.* add. *haec.* — P. 80 l. 13 l. πτερόεντα. — P. 82 l. 23 l. ἐκ. — P. 88 l. 26 l. καὶ. — P. 96 l. 2 l. *adde e lex.* — Alia menda typographica, lector benevole, ipse corrigas velim.



